est cōmunis opinio reiecta distinctiōe Angel. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad trebell. & procedit dicta cōmunis opinio siue decedat cū liberis pater, vel sine liberis cum parente auo instituentis, vt concludit Socinus in. d. l. cū auus. col. 5. & q̄ ista. l. dicit de filijs, idē dic de alijs descendētib. gl. in. d. §. cum autē. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. **4 a** *¶ O naturales.* Adde. l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substitutio. & an procedat ista leges nedū in filio naturali grauato, verum etiā in nepote naturali vel pronepote. videtur dicendum q̄ sic cū militet eadē ratio. argumēto. l. si. C. de natura. libe. vbi circa institutionem ex testamento vel ab intestato, q̄ statuitur in filijs habet locum in nepotibus naturalibus ex. d. l. extensione. & ita tenet Socin. in. d. l. cum auus. col. 23. versic. o & auum corollariū. Sed quærit in ista leges procedant in filijs adoptiuus grauatis. Rayner. & Alberi. in. d. §. cum autem. tenent q̄ nō eo q̄ maiorem affectionem habet pater ad filium natura lē quam ad adoptiuū. & hanc opinionē approbat Alex. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. non enim adoptiuū dicuntur proprie filij, sed quidquid à patre habent habere videntur ex mera liberalitate. vt in. l. cum in adoptiuus. cū ibi nota. C. de adoptio. vbi etiā dicit Ang. q̄ si statutū vult q̄ filij nō soluant gabellā de hæreditate paterna filij adoptiuū soluere tenebunt: contrarium tēct Cuman. in. d. l. cū auus. & Fulgo. in. d. §. cum aut. Soci. verō in. d. l. cū auus. col. 24. tenet primam opinionem quando filij adoptiuū fuerunt adoptati ab extraneo, eo q̄ nō trāseunt in familiā seu potestātē adoptantis. vt in. d. l. cum in adoptiuus. In adoptatis tamen ab ascendente naturali cū transeant in familiam adoptantis, & in eius potestate. vt in. d. l. & etiam in filio arrogato, qui & eius filij transeunt in familiam arrogantis, vult q̄ habeant locum leges ista, licet vltimo loco relinquat cogitandū. Ego vero indistinctē adhærere primæ opinionē ex eo: quia hoc casu, neque patria potestas nec transitus in familiā consideratur, sed affectio naturalis, quæ nō ita cadit in adoptiuus sicut in naturalibus: & quia non reperitur in iure talis extensio ad adoptiuos, prout reperitur in naturalibus in dict. §. cum autem. & hic & licet ista lex partitarum super his dicat, quier ambos fueffen legitimos, non intelligas de legitimis adoptiuus, sed de legitimis & naturalibus, prout ista. l. partitarū filios legitimis intelligunt, vt patet in. l. i. titu. 13. part. 4. quando vero casu naturalis & accidentalis cōcurreret in adoptiuo grauato, prout est in adoptato ab ascendente plane procederent istæ leges. Patet etiam ex ista. l. q̄ nō procederet eius dispositio, si filij grauati essent spurij, secundum Alberic. & alios in. d. §. cum autem. nisi sint legitimati, cum per legitimatio nem iura filiorū legitimorū cōsequat, vt in authentico. quibus mod. natura. effici. sui. §. illud. l. si. titu. 15. partita. 4. tenet Socin. quo ad casum nostrum. in. d. l. cum auus. col. 24. vers. infertur ex præmissis.

**5 b** *¶ Que murieffe primeramente.* Quid si hoc nō fuit dictum sed institutio descendens fuit facta in vita tantum, & post mortem alter directo instituitur hæres, an procedat huius. l. dispositio, videt q̄ nō per. l. fin. C. de lega. & quia Ioan. de Imol. in. l. filio præterito. ff. de iniust. & rupt. dicit q̄ ista. l. est exorbitans, & ideo non extendenda. contrarium tamen tenet Socin. in. d. l. cum auus. col. 10. & 11. & ita refert fuisse cōsultum, vid. ibi late per eum. Not. etiam ex isto verbo. l. q̄ non procederet ista. l. in grauato purē, scilicet non adiiciendo post mortē, & consonat in hoc ista. l. cum cōmuni opinione docto. contra quam videtur tenere Socin. in. d. l. cum auus. col. 12. & 13.

**6 c** *¶ Los bienes del muerto.* Et sic loquitur ista. l. in substitutione vniuersali: dic tamen idem esse in relictis particularibus factis filijs si grauatur de restituendo post mortem, vt est casus in. d. l. generaliter. §. cum autem. versic. quæ omnia. C. de institu. & substitutio. & procedit siue filius fuerit vniuersaliter institutus, vel in quota, & grauatus de re certa restituenda siue ei erat relicta certa res vel quantitas & grauatur post mortem de ea restituenda, secundum Baldum. in. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. col. 1. de quo vid. Soci. in. d. l. cum auus. col. 13. & 14. cū consequenti. & per Decium in dict. §. cum autem. vers. 4. limitatur. vbi vult quod quādo institutus vniuersaliter grauatur in re certa post mortem non habet locum dispositio illius. §. cum autē. in fi. & tenuit Albericus in. d. l. cū acutissimi. C. de fideicommiss. & hoc satis placet maximē cum ista. l. partitarum non loquatur in legatis particulari-

bus, sed successione vniuersali, & quod habetur in. d. §. cum autem. in fi. restringendum est ad proprium casum in quo loquitur, scilicet in legatis particularibus ipsius filijs grauatis relictis.

**d** *¶ Que murieffe.* Loquitur de filio instituto grauato moriēte: non enim procederet ista. l. quando non ipse filius honoraretur, sed alius tertius

el otro q̄ fincasse bibe, heredasse los bienes del muerto. <sup>c</sup> Casi este que murieffe<sup>d</sup>, dexasse fijos<sup>e</sup>, ellos deuiā heredar los

grauaretur à testatore post mortē filij, vt in. l. qui filiū. §. Sabinus. ff. ad Trebell. & ibi Bar. Ange.

& Ioan. de Imol. quid tamen si sit bannitus? Bald. in. l. cum acutissimi. colum. fin. C. de fideicommiss. dicit, quod adhuc non esset locus fidei commissio. & quod in hoc casu filij eius excluderent substitutum, & si peteret sibi caueri de fideicommissio restituendo: quia quotiens conditio est in medio, illa cautio non potest præstari. lita tamē. §. primo. ff. ad Trebellia.

**e** *¶ Dexasse fijos.* Non exprimit an naturales & legitimos vel naturales tantum, & sic videtur velle q̄ & si decedat cum filijs naturalibus, tantum excludant illi substitutum sicut & habetur in. l. ex facto. §. si quis rogatus. el primero. ff. ad Trebell. vnde hic probatur, q̄ etiam si filius naturalis sit ille qui fuit grauatus fideicommissio qui decedat cum filio naturali, talis filius excludit substitutum: cuius contrarium probari videtur in. d. l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substitutio. & ita ibi docto. magis cōmuniter intelligunt illum text. vt requiratur tali casu ad excludendum substitutum datum filio naturali, quod debeant extare filij legitimi & naturales ex naturali, & ad. §. si quis rogatus. respondēt, q̄ procedat quando illa conditio, si sine liberis decederit fuit expressa à testatore. d. §. cū autem. intelligatur quando talis conditio fuit à lege tacite subintellecta, quæ fuit. 3. solu. glo. in. d. §. cū autem. in parte. sobole. in fin. Sed Bart. ibi tenet primam solutionem gloss. ibi. scilicet, quod. d. §. cum autem. quatenus dicit de iusta sobole intelligatur, secundum distinctionem positam in. d. §. si quis rogatus. & sic q̄ nihil noui inducatur in hoc per. d. §. cum autē. & ita opinio fuit Azo. & idem tenet Bart. in. d. §. si quis rogatus. & tenēt etiam Angel. & Ioan. de Imol. qui dicunt istam cōmuni opinionem, & idē dicit Alexan. & Decius, in istam partem inclināt in. d. §. cum autem. sed re vera cōmuniō est opinio primo polita, quæ fuit. 3. dict. glof. quam etiam dicit verissimam Socin. in. d. l. cum auus. col. 29. tenenda est opinio Barto. per istam. l. partitarum, quæ declarat verba. d. §. cum autem. dum dicit sine iusta sobole, vt isto casu intelligatur, secundum subiectam materiam, vt etiam naturales comprehendantur, & spurij solum excludantur, secundum iura antiqua, nam iusta dicitur. i. legitima. l. 3. §. de illo. ff. pro soc. l. si vxor. in princip. ff. de adulter. & naturales filij in excludendo substitutum dicuntur legitimi. vt in dicto. §. si quis rogatus. An autem filij excludant ecclesiam, seu piam causam substitutam, videtur dicendum, quod sic: ex quo excludunt cōiunctum patrum filium testatoris, vt hic habetur & in dict. l. cum auus. & ex quo filium prætulit ecclesie continuata affectione censetur voluisse præferre omnem eius posteritatem. tenet Bald. in dict. l. cum acutissimi. columna. & ibi etiam Paul. de Caslr. circa finem. & istud teneas quidquid in contrarium tenuerit Barba. in commento. d. l. cum acutissimi. & Iason in dicto. §. cum autem. quorum fundamentis late respondet Socin. in dict. l. cum auus. columna. 19. & 20. & Decius in dicta. l. generaliter. columna tertia. vide tamen quæ adducit Felin. in capi. ecclesia. S. Maria. columna. 38. de constituto. vbi referens cō filium Ancharra. limitat nisi filij ex hoc non de pauperarentur. Item quid si grauatus ingressus est religionem, an monasterium habeatur loco filij, & sic excludat substitutum Bald. in. d. l. cū acutissimi. col. 1. na. C. de fideicom. distinguit, an ingrediatur religionem minorum fratrum, qui sunt incapaces hæreditatis, & tunc non excludatur substitutus, si vero ingrediatur aliam religionem capacem excludatur. vide de hoc per Ioannem. Baptist. de. S. Seueri. in repetitio. dict. l. generaliter. §. cū autem. quæst. 7. & per Socinum in. d. l. cum auus. 9. quæstione. Aduerte etiam, quod in casu huius. l. quando est grauatus restituere alteri filio testatoris, nullo casu excluditur substitutus, vt probatur hoc per casum in authentico. de sanctissi. Episcop. §. sed hoc præfenti. collatio. 9. vbi monasteriū non facit deficere conditionē, de qua ibi quando contendit cum alio monasterio substituto, vt dicit etiam gloss. in capi. in præfentia. de probat. igitur idem erit dicendum, si contendat cum alio filio testatoris substituto, quia non est minoris fauoris, sed similis & fortioris, cum dilectio maior videatur in filijs quos testator cognouit, quam in nepotibus quos non cognouit, & ita in facto consuluit & obtinuit Maria. Socin. vt refert eius filius in dict. lege. cum auus. col. 19. & in. 9. q. ad finem. quod si esset verum esset singulariter notandum, sed caue, quia ista. l. destruit istud dictum: nam

Quæst. 1.

Quæst. 1.

# Titul. III. De las condiciones que se ponen en los testamentos. 24

in ea filius erat grauatus restituere fratri suo, & tamen adhuc habet locum ista tacita coniecturata conditio, vt nepotes ex filio præmortuo grauato excludant patrum filium testatoris. & idem probatur in tex. dict. l. cum auus. vbi pater non excludit pronepotem nepotis grauati, ideo intellige dictum Socin. quando instituetur filius & grauaret de restituendo vni **bienes de su padre, enõ su tio dellõs,** filio eiusdem

grauati, quia tunc alij fratres illius filij, non possent ex coniecturata mente auocare fideicommissum, quia sunt in pari gradu: & sic procedit fundamentum Socini. dum arguit de monasterio, & vbi est expressa voluntas de restituendo vni nepoti cessat coniecturata contra mentem expresse. An autem filij adoptiui quos reliquit grauatus excludat substitutum, dic quod non, quia esset in potestate grauati adoptando filium excludere substitutum: quod in filio naturali non potest dici, cum non tantum ab eius voluntate, sed à dei dono sibi agnascatur, & quia liberi adoptiui non sunt in consideratione in præiudicium substituti. l. fideicommissum. ff. de condi. & demõst. l. si ita quis. §. fin. ff. de lega. 2. Ange. in dict. §. cum autem. Socinus in dict. l. cum auus. colu. 24. & Decius in dict. §. cum autem. vers. 7. ista lex. & quod hic dicitur quando reliquit filios: idem est quando reliquit nepotes vel pronepotes, seu alios vteriores descendentes, vt probatur in. d. §. cum autem. & in. d. l. cum acutissimi. & tradit Socin. in dict. l. cum auus. colu. 17. Procedit etiam ista. l. siue filij sint masculi, siue foeminae seu nepotes ex foemina. l. si ita quis. in princ. ff. de testa. tutel. Bar. plenè in. l. 1. C. de ver. signifi. l. 1. C. de condit. insert. Si tamen testator expresserat in conditione qualitatem masculinitatis tunc deficientibus masculis propter foeminas, nõ excluderetur substitutus, vt dicit Bar. in. d. l. cum auus. 4. q. & eius opinio tenetur cõmuniter, & à nullo reprobatur, vt attestat Socin. in. d. l. cum auus. char. 9. colu. 2. & circa hoc, vide eundem Socin. ibi char. 10. col. 4. cum sequenti. Procedit etiã hæc lex, siue filij sint nati, siue nascituri tẽpore conditionis, secũdũ Rapha. Cuma. in. d. l. cum auus. & videtur de mente Bar. ibi. 3. q. & tenet aliqui moderni. in. d. §. cum aut. prout est Ioan. Bapti. de. S. Seueri, qui late ibi istam quæstionem examinavit, & in hanc sententiã inclinat Socin. in. d. l. cum auus. fol. 9. col. 3. & 4. & sequenti. & istud videtur tenendum, licet contrariũ tenuerit Ludou. Roma. cõsil. 370. in proposita consulatione, cui videntur adhærere Iason, & Decius in. d. §. cum autem. & pro ista opinione Rapha. multũ cõfert ista. l. partitarũ, quæ indistincte excludit substitutum per liberos grauati, si extant & signanter, cum dicitur esto esporque siempre se entiendo por derecho, maguer el padre, no lo diga paladinamente, q̄ muriendo el vno y dexando hijos q̄ el otro hermano q̄ finca biuo, no deue heredar lo suyo. Ponderandũ est verbũ semper, & sic intelligit, siue filij sint iam nati, siue nascituri. Nam ista dictio semper importat quod idem sit in omni casu, & in omni tempore, vt dicit glos. nota. in verbo. semper in. l. 1. ff. solut. matri. Quid tamen si iste grauatus decedat cũ filiis, qui tamen sunt incapaces, vt quia sunt deportati vel damnati in metallum, an tales filij faciant deficere fideicommissum? dic vt per Bar. in. l. filius familias. §. cum quis. ff. de lega. 1. Aduerte etiam, quia sufficit liberos extare, & si non sint hæredes quia nolunt adire paternam hæreditatem, vel fuerunt ex hæredati, vt in. d. §. cũ quis. de hoc tamen vid. quæ infra statim dicam in glo. quæ incipit, lo deuen auer. Not. etiã q̄ & si filij isti præmature habeantur à minore. 14. annis viri potente, q̄ etiam isti non tantum facient cessare substitutionem fideicommissariã, de qua hic, & in dictis iuribus: sed etiã pupillarem. Bar. in. l. gallus. §. etiam si parente. ff. de libe. & posth. & idem Bar. & apostila. in. l. in pupillari. fina. verb. ff. de vulg. & pupil. idem est si talis pupillus relinquat vxorem prægnantem, nam talis posthumus, ex eo faciet cessare pupillarem substitutionem, vt notanter tenet Bal. in. l. neque ei. ff. de adopt. ibi dum dicit. Item si malicia supplet ætatem & acciperet vxorem & conciperet. argum. l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. licet tantum ipse loquatur de extinctione pupillaris substitutionis. Not. etiam istum text. in quantum dicit, dexasse hijos, quia vult q̄ non sufficiat habuisse liberos, si decesserunt ante mortem grauati, vbi est casus singularis in. l. ex facto. §. penulti. ff. ad trebell. Requiritur ergo q̄ extant tempore mortis eius & hoc sufficet, licet postea moriantur, vt excludatur substitutus, vt probatur in. d. §. penul. & habetur in capit. Raynuntius. de test. & in cap. in præsentia. de probatio. l. cum vxori. C. quando dies legat. ced. Item intellige istam. l. in filiis qui nascuntur non monstruosi, & tendentes ad prodigium: nam illi & si viui nascuntur non faciunt deficere conditionem. l. non sunt liberi. ff. de stat. homin. Similiter intellige quando tales filij perfectè nascuntur: nam si in actu natiuitatis moriantur puta dum fuit totus extractus præter vnum pedem secus esset. l. quod dicitur. ff. de libe. & posth. l. po. & ibi Alberi. Bal. & alij. C. de posthu. heredi. instit. Si tamen inciso aliquo perfectò membro nasceretur viuus, tũc ille excluderet substitutũ, sicut

accidit in eo, qui sine aliquo mēbro perfectò nasceretur: quia est perfectus homo, vt adducit Socin. post Ioan. de monte spero. in dict. l. cū auus. char. penultim. colum. 2. intellige etiam de nato ex pertu qui viuere posset. secus si sit quinque vel sex mensium quia non est perfectè natus vt in. d. l. pen. Socinus vbi supra vbi refert se in hoc cõsuluisse.

a quie auia establecido el testador por

lex notabilis.

a **Los bienes de su padre.** Ex hoc verbo patet quod loquitur ista. l. in substitutione fideicommissaria, quia non sequuta aditione vel immixtione non dicerentur bona patris qui fuit grauatus, sed primè testatoris qui grauauit. argumento. l. post aditam. C. de impuber. & alijs substit. ex quo videtur inferri quod ista. l. & similes non procederent in substitutione directa vulgari, & ita dicit Albericus in dicta. l. generaliter. §. cum autem. vbi gloss. in verbo. substituit. videtur hoc velle, & hanc dicit esse communem opinionem Socini in dicta. l. cum auus. columna septima. vbi etiam notabiliter dicit hoc debere intelligi & limitari, nisi essemus in casu in quo institutus filius transmitteret ius adeundi ad nepotes: nam licet alias sit magna dubitatio nunquid ille qui admittitur ex vulgari substitutione excludat illum qui venit per ius adeundi transmissum, de quo per Barto. & doctores in. l. prima. ff. de vulg. & pupilla. tamen in hoc casu indubitanter, secundum eum substitutus excluderetur per text. in. l. vnica. C. de his quæ ant. apert. tab. & argumento tex. in. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. Limitat etiam Socinus istam communem opinionem, quando vulgaris substitutio esset iuncta cum compendiosa, vt si dixit testator quandocunque decesserit, nam cum in compendiosa contineatur vulgaris, secundum doctrinam Barto. communiter approbatam in. l. centurio. columna decima. versicul. quarto vt in substitutione compendiosa facta. & ff. de vulg. & pupilla. & in. l. precibus. C. de impube. & alijs substit. quia sicut in fideicommissaria, quam etiam amplectitur compendiosa intelligitur tacita conditio, si decesserit sine liberis, vt hic & in dicta. l. cum auus. pariter idem est dicendum de vulgaris substitutione in compendiosa comprehensa, vt æqualis fiat determinatione. argumento. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. l. quanuis. C. de impuber. & alijs. Contra istum tamen dictum Socini consuluit Decius cõsil. 416. in testamento illustri & magnifici domini capitanei, & c. motus inter cetera ex eo quod licet sit verum quod à principio & potentialiter substitutio compendiosa applicari possit ad vulgarem vel fideicommissariam, secundum quod casus occurrit, si tamen talis compendiosa resoluta sit in vulgarem vel fideicommissariam de tali vulgari, vel fideicommissaria, in qua compendiosa resoluitur iudicari debet tanquam de vulgari vel fideicommissaria simpliciter & absolute ex notat. per Bar. in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. & sequitur Alex. cõsil. 1. per spectis verbis eis. col. fi. volu. 1. Si ergo occurreret casus de vulgari iudicaretur simpliciter & absolute, secundum eum, & sic quod non subintelligitur in ea talis tacita conditio si decesserit sine liberis, & ita fiat comprehensio, quod vtraque substitutio cõseruetur in statu suo, & vtraque propriam naturam retineat, quia illa determinatio quæ æqualiter debet fieri respicit illud quod exprimitur & non videtur habere locum in eo quod tacite intelligitur prout est dicta conditio liberorum, de qua nihil fuit dictum, adducit etiam alia quæ videas per eum, & ista. l. partitarum satisfacit pro ista parte quam tenuit Decius. Nam videtur loqui in compendiosa substitutione in quantum dicitur, que el que muriere primamente, & quod verbo fuerit facta hoc casu substitutio per verbum commune, sicut & de verbo succedat, dicit Barto. in. l. centurio. colu. fina. ff. de vulg. & pupilla. hæreditare enim tantum est dicere quantum succedere, vt in. l. nihil aliud est hæreditas. ff. de verbo. signifi. & tamen. l. ista vult quod vt conditio liberorum subintelligatur, quod succedant ex fideicommissaria, vt dixi in principio, & patet etiã ex alijs verbis istius. l. inferius positus ex quibus constat bona paterna iam fuisse filij grauati, & sic q̄ iam erat factum suum patrimonium, per aditionem seu immixtionem. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. & pupilla. & instituta. de hæred. qual. & differen. in princ. Pro opinione tamen Sonin. multum vrget coniectura pietatis & parentis affectio præsumpta, quæ fuit originarium motiuum harum dispositionum, & q̄ quis præponere voluit extraneum suæ postheritatis quæ ratio ita militat, si succedatur ex vulgari, sicut si fideicommissaria, & pro ista parte potest induci ista. l. partitarum, neque obstant verba supra ponderata: nam etiam ante aditionem vel immixtionem bona patris dicuntur filij. l. in suis. ff. de libe. & posthu. l. 21. supra titulo primo. & multum interest ad coniecturandam istam voluntatem defuncti: an facta fuerit substitutio per verba compendiosa: an solum per verba directa, importantia tantum vulgarem

se. vide etiã super his de iure regni. l. 13. tauri. quæ est

In nou. re co. est. l. 2. tit. 8. li. 5.

Quest. 3.

Quest. 4.

substitutionē & sic q̄ debeat esse diuersitatis inter vnū casum & aliū & attenda ista æquitate, & testatoris affectione potius inclinarem in opinionem Socin. tu cogita. qui passus est certe dubius, quid autem sit dicendum in substitutione pupillari. vide latē Socin. in. d. l. cum auus. col. 7. 8. & 9. Cuius resolutio videtur quod pupillaris substitutio non firmatur

subceptione liberorū prout dixit Barro. in dicta. l. in pupillari. ff. d. vulga. & pupilla. neq; etiam potest dici, q̄ substitutio pupillaris r̄p̄t̄natiuitate posthumi, prout est magis communis conclusio. in dict. l. in pupillari. sed bene verū est

heredero. Esto es porque siempre se entiende por derecho<sup>a</sup>, maguer el padre non lo diga paladinamente, que muriendo el vno, e dexando hijos, que el otro hermano que finca biuo, non deue heredar lo suyo, mas los hijos del muer to lo deuen auer<sup>b</sup>. Pero si muriessse sin hijos, estonce el otro hermano<sup>c</sup> heredaria lo suyo, así como el padre ouiesse puestto. Mas si el que faze el testamento establesciesse a dos omes estraños<sup>b</sup> por

& potest dici quod expiret mortuo pupillo cum filiis. argu. d. l. cum auus. quid autem si testator duobus pupillis filiis substituerat pupillariter per adiectionem nominis collectiui & primus decepsit pubes relictiis filiis, & postea decepsit impubes alius, an filij puberis excludat extraneum ab hæreditate impubers? vid. Bal. q̄ sic in. l. pe. col. 1. C. d. impuber. & alijs substi. & Alexan. in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebell.

**10 a** *¶ Siempre se entiende por derecha.* Nota hoc verbum, nam ex eo tollitur magnum dubium quod est inter docto. in. d. l. cum auus. An illud q̄ ibi & hic disponitur sit fictio legis, vel an sit præsumptio iuris: nam Raphae. Cuma. ibi vult, q̄ sit fictio eo q̄ fingat scriptum vltra id q̄ apparet. Paul. verò de cast. dicit, q̄ sit præsumptio & rationes pro vtraque parte discutit latē ibi Socinus. col. 30. & 31. & 32. effectus est magnus. nam si esset fictio non admitteretur probatio in contrarium, secus tamen esset si esset præsumptio iuris tantū, & non præsumptio iuris & de iure. & q̄ sit præsumptio iuris tantum tenet Iacob. Butri. Cynus, Bal. in. d. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & sic admittetur probatio in contrarium per coniecturas vel aliàs: tene ergo menti ista l. partitarum, quæ disponit q̄ hic sit iuris præsumptio seu tacita conditio à iure subintellec̄ta nō fictio: nā si voluerat q̄ esset fictio non dixerat. entienda se por el derecho, maguer el padre nolo diga, sed dixerat ius fingit fuisse dictum, sed quia p̄cedit ex coniectura pietatis ideo dicit, entienda se por derecho.

**11 b** *¶ Lo deuen auer.* Quid si nolunt & repudient, an erit locus substituto? Alberic. mouet istam quæstionem in. d. l. generaliter. §. cū autē. C. de institu. & substitu. & refert opinionem quorūdā dicentū q̄ sufficit liberos extare, licet nō succedat, vt excludat substitutū arg. l. filius familias. §. cum quis. ff. de lega. 1. & l. ex facto. §. si. & ibi notatur. ff. ad trebell. & in. l. iustius. ff. de hæredi. institu. l. cum pater. §. volo. de lega. 2. Sed in contrarium dicit, q̄ videtur tex. in. §. si verò testamentum. inst. de success. liber. & quia negare nō possumus extitisse fideicommissum conditionale, licet descendentes ex priuilegio isto substitutū excludant, vt in. d. §. cum autem. cum dicit liberis eam excludentibus ergo alij de tali priuilegio non opponent, nisi ipsi. l. qui liberis. §. fin. ff. de honor. poss. secundum tabul. alij verò dicunt secundum eum q̄ aliud est quando conditio expressa apponitur ab homine, & tunc sufficiat liberosextare, vt excludatur substitutus: aliud quādo à lege subintelligitur. nam tunc oportet eos hæredes esse per. d. §. cum autem. aliàs cessaret ratio quæ mouet coniecturam, de qua in. d. §. cum autē. & in. d. l. cum acutissimi. & in hac residet Alberic. in. d. §. cum autem. cuius opinioni adhærere videtur Socin. in. d. l. cum auus. char. 8. col. 2. & Ia. in. d. §. cum autem. col. pe. & vid. in hoc Socin. consil. 182. volu. 2. incipit licet filia fœmina.

**12 c** *¶ El otro hermano.* Quid si decepsit iste frater fideicommissarius anteq̄ grauati, an transmittat ius petendi fideicommissum ad hæredes. Paul. de cast. in. d. l. cum auus. in fi. dicit q̄ non, ex quo istud fideicommissum erat conditionale, licet conditio esset tacite subintellec̄ta, & sit conditio legalis, quia tamen non est necessaria, imò prouenit ex coniecturata mente defuncti, ita q̄ eam testator tollere potest, si vult iudicatur conditio non necessaria, & sic dicit cessare qd̄ habetur in. l. conditiones quæ extrinsec̄. ff. de condit. & demonst. Tu vero dic q̄ ista quæstio est facilis, ex quo hic interuenit conditio expressa à testatore. l. cum moreretur. l. dies incertus. ff. de condit. & demonst. & sic nō conueniunt propriè verba Paul. de cast. dictum tamen est verum.

**d** *¶ Dos omes estraños.* Approbat gloss. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & d. §. cum autem. quæ sunt communiter approbata: cessant enim in extraneo rationes, quæ sunt in filio & eius liberis: coniectura, scilicet pietatis & sanguinis, de qua in. d. l. cum auus. & etiam euitatio absurditatis in testate ne videatur alienas successiões suis præponere. Quid autē si filius & extraneus essent instituti. & de restituendo post mortē grauati, an in persona filij subintelligatur tacita conditio? Socin. tradit istam quæstionem in dict. l. cū auus. char. 6. colum. 2. verficu. 7. infertur & est pulchra quæstio. & refertibi Cuma

num argumentem, quod nō intelligatur tunc ista conditio, licet in fine relinquat sub dubio, dicens æquitatem suadere contrariam opinionē Socin. ibi post Ioan. Baptif. de. S. leueri. in. d. §. cum autē. & in. l. in testamento. C. de testa. milit. tenet q̄ in persona filij subintelligatur, vbi ibi per eum, & pro ista opinione iustificat ita. l. partitarum. dum in hoc verū. ponit hæc verba, dos omes estraños, quasi secus velit esse quando non ambo essent extranei.

*¶ Ley. XI. Como el padre non deue poner condiciõ ninguna en la legitima, que dexa a su hijo.*



**L**ibremente<sup>c</sup>, e sin ningund grauamiento, e sin ningun

num argumentem, quod nō intelligatur tunc ista conditio, licet in fine relinquat sub dubio, dicens æquitatem suadere contrariam opinionē Socin. ibi post Ioan. Baptif. de. S. leueri. in. d. §. cum autē. & in. l. in testamento. C. de testa. milit. tenet q̄ in persona filij subintelligatur, vbi ibi per eum, & pro ista opinione iustificat ita. l. partitarum. dum in hoc verū. ponit hæc verba, dos omes estraños, quasi secus velit esse quando non ambo essent extranei.

*¶ Lex. XI.*

**27** Non potest testator filijs apponere conditionem in legitima. In eo tamen quod est plus ei iure institutionis relictu n̄ potest apponi conditio potestatiua. Casualis autem vel mixta nequaquam, sed habetur pro non apposta. h. d. Habuit originem à l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testamento.

**e** *¶ Libremente.* Non ergo poterit à parente filio relinqui legitima, vt cōpenset cum debito, ad quod filio tenebatur, veluti dotis maternæ, vel aliàs, vt in specie not. Cynus, & etiam Bal. in. fi. in. l. 2. C. d. iur. dot. Et quid si pater relinquat filio iure institutionis aliqua bona vel quantitatem pro legitima & dote materna & bona non sufficiant ad solutionem dotis & legitimæ? vid. notabile consilium Socin. 2. volu. consil. 225. diligentissime & subtiliter. vbi etiam vide, an acceptando hoc filia sibi præiudicet, & quæ habentur in. d. consil. Adde ad dicta Roderic. Suarez in. l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. testa. 7. ampliatione vbi vid. de hoc & quid si filius instituatur in tua legitima & iubetur restituere titio, qui recusans adire & restituere compellitur à iudice: an tunc habeat locum ista. l. vt adhuc reiecto grauamine consequatur, & retinetur legitima? Paul. de cast. dicit, q̄ non imò tunc limitabitur ista. l. & similes. per tex. quem ipse ad hoc ita intelligit in. l. ita tamen. §. si patronus. ff. ad trebell. vbi Roman. dicit hoc esse nouissimū dictum, sed Alex. ibi reprobatur istum intellectum, & dicit esse contra tex. in. l. pe. §. si patronus. ff. de bon. liber. vid. ibi per eum cuius dicta satis placent. Si tamen filius sic grauatus recusans adire, adiret & restitueret: tunc videtur, q̄ cum agnouerit iudicium defuncti n̄ op̄ssit repetere legitimam per tex. in. d. l. pe. §. si patronus. & videtur de mente Alex. vbi supra. An autem grauamen quod per istas. ll. recipitur in persona filij de legitima reiciatur etiā in personā eius in quē filius transmisit ius ad eundem? istam quæstionem tractat Soci. consil. 116. vol. 1. incipit non potest negari. col. 7. neque memini alibi me legisse vbi concludit, q̄ non per pulchra verba. vid. ibi per eum: & in materia quod ipse ibidem dicit. col. penult. verfic. 6. & vltimo. Aduerte etiam quia si pater ex facultate regia posset grauare filios in legitima iuxta ea quæ tradit Roderic. Suarez. in. d. sua elegantī repetitio. l. quoniam in prioribus. 18. limitatione: & in lectu. l. fori. consequenti. in secunda limitatione, adhuc debet constare de voluntate expressa patris volentis grauare, & quod in dubio potius coniecturare debemus grauare noluisse, ad quod bene facit, quod dicit Oldral. consil. 28. visa donatione vbi consuluit, quod si pater dat aliquid filio in vita, cum onere restitutionis. & postea in testamento aliquid sibi legat iure institutionis, & vult illum esse contentum cum eo, & cum eo quod sibi donauit in vita, quod videtur propter hoc remitte e onus restitutionis appositum in donatione, quod est bene notandū, neq; dicit obflare consuetudinem loci, ex qua permittitur grauare in legitima, quia locum habet secundum eum, quando de expressa voluntate testatoris appareat aliàs stabitur iuri communi. l. 2. C. de noxa. cap. cum dilectus. de consuetu. & teneas semper menti ad istas regias facultates, ex quibus permittuntur

Quæst. 1.

Quæst. 2.

Quæst. 3.

Quæst. 4.



mittuntur fieri maiorā in vnum ex filijs, licet alij grauentur in legitima dummodo eis relinquatur alimenta prout est de forma dicta rum facultatem regaliū, quod debes intelligere dū tamen id quod relinquitur filijs pro alimentis, relinquatur eis in proprietate ita q̄ iudicetur suum proprium; patrimonium non subiacens regulis alimentorum &

ita erit transmissibile ad h̄ereses put volunt hispani doct. nostri doctor de Pala. Rube. in repeti. c. per vestras. in text. colū. 250. Roderic. Suarez. vbi supra i. d. secunda limi-

na condiciō<sup>a</sup>, deue auer el fijo b̄ su legitima parte de los bienes de su padre, e de su madre, segun diximos en el titulo, de quien puede fazer testamēto, o quiē nō en la ley que comiēça: Religiosa vida. Pero si el padre quisere establescer su fijo por heredero en mas de su parte legitima, en aquello que le dexa de mas, bien

tatione illius. l. fori. sub repetiōe. l. quoniam in prioribus. fol. 62. & 63. licet contrarium voluit Bal. in. l. i. §. ius naturale. circa. ff. de iusti. & iur. qui tamen loquitur in casu in quo per statutū tollitur legitima non tamen vbi minuitur saluis alimentis, & sic nō recte potest allegari in contrarium quia de mēte principis in istis facultatibus maiorā nō est in totum tollere legitima sed tātū minuere, inter quā lōge interest vt patet ex nota. per Paul. de Castr. in. d. l. quoniam in prioribus. vers. item quæritur. & q̄ istæ facultates regis sic debeant intelligi, vt non tollant, sed minuant legitimam confert notable dictum Bald. in. l. cum lege. C. de episc. & cler. vbi loquitur in terminis quando statutū ratione primogeniti excludit secūdo genitum. & si p̄ se habeat seuere contra alios filios vel filias in taxatione talis legitimæ sic diminitæ pro sustentatione filiorum & cōtra pietatis officium: tunc iudex in hoc succurrere debet, & bono arbitrio taxare & moderare poterit iuxta qualitate personarum & patrimonij quantitatem, & alias circumstantias sicut & ego pluries fieri vidi in regali auditorio, nam cum pater valde enormiter, & contra boni viri arbitrium minuit octatione talis facultatis legitimæ filiorum, idem est ac si in totum tolleret, vt adducit Soci. consil. 150. volum. 1. co. 5. & Domini de Rot. decisio. 18. in nouis, in princi. 2. colū. & tenebitur pater ita prouidere alijs filijs, licet ipsi habeant aliunde vnde possent alimentari cum principis intentio non sit in totum tollere, sed diminuere legitimam: & sic cessat quod in contrarium sentit Abb. in. c. raynuntius. de testa. vlti. nota. an autē filius contra quem fuit impetrata facultas, vt possit sibi diminui legitima poterit isto iure vti contra patrem suum diminuendo patri legitimam. Bald. dicit quod non in. l. si. vers. pone princeps. C. de fruc. & liti. expen. cetera ad istam materiam pertinentia. vid. latē per Roderic. Suarez. in. d. sua repet. l. quoniam in prioribus. & per Guil. Bene. vbi ponit. 10. limitationes in repe. capituli Raynūtius. de testa. f. 352. col. 4. & fo. sequenti est super verbo reliquit, quibus adde quid dicendum sit in milite an ex directa militari (de qua in. l. centurio. ff. de vulg. & pupil. & l. precibus. C. de impub. & alijs substitu. & in. l. in testamento. C. de testa. mili.) possit priuare filium legitima, quæ dicam in. l. 12. incipit compendiosa, infra tit. 1. Adde etiam q̄ substituere filio vulgariter non reputatur grauamen, vt in specie dicit Paul. de Castr. in. d. l. quoniam in prioribus. per. l. si posthumus. §. quod vulgo. ff. de vul. vbi etiam Alex. quem vide.

2 a **¶ Condiciō.** Sed cum substitutio dicatur conditionalis institutio, vt in. l. cohæredi. §. cohæres. ff. de vulg. & pupil. in ratione, §. quod vulgo. ff. ad. l. falcid. si filius substituatur vulgariter, vel compendiose & a primo gradu sit præteritus, an videatur institutus reiecta conditione in quam fuit facta substitutio? & videtur quod sic per. l. si filius familias substituatur. ff. de h̄eres. insti. & l. si pater filium. & l. ex facto. §. luti. ff. de vulg. & pupil. & per. d. l. quoniam in prioribus. & per istam. l. & videtur fuisse de mente Roder. Suarez. in. d. l. quoniam in prioribus, in. 15. limitatione, & expressius habetur per Alexand. in. l. si pater impubes. ff. de vulg. & pupil. super glo. in verbo substituit & probari etiam videtur in. l. scimus. §. cum autē. C. de inoffic. testamen. & sic si alter filius sit institutus in primo gradu & ei sit datus substitutus vulgariter vel pupillariter, vel compendiose alter filius talis filius substitutus reiecta conditione concurret cum instituto quod est tenendum mentij, quia non ita declarat Roder. vbi supra, sed aduerte quia neque Alexand. nec Roderic. faciunt mentionem de Oldrald. consil. 171. thematale est tñius filium. column. 3. versic. sed quæritur, vbi vult oppositum loquens in casu suo in filio substituto pupillariter qui fuit a præcedenti gradu præteritus, & dicit non obstare. d. l. quoniam in prioribus, neq. d. §. cum autem. quod ostendit, quia dicit. l. quoniam in prioribus. commemorat. l. omnimodo. eiusdem tituli. at dicit. §. cum autem, & l. scimus. commemorat vtranque, er-

go oportet quod ambæ intelligantur eo casu quo loquitur. l. omnimodo. ad cuius interpretatiōem factæ sunt, & authen. de filijs ant. dota. instr. natis. colla. Sed. l. omnimodo. circa præteritos filios nihil immutat, vt ibi dicitur in text. ergo. & altem. l. omnimodo. inuenit petitionem supplementi, & circa illud versatur intentio illarum

puede el padre poner aquella condiciō, que es en poder<sup>e</sup> del fijo de la cumplir, mas ningūa de las otras cōdiciōes, así como las que acaescieren por auentura, o las que son mezcladas segun diximos en las leyes ante desta, non las puede poner. E si las pone, non en pesca d al fijo heredero, maguer non se cumplan.

triu. ll. & hoc nomē supplementum dicit duq̄ vnū præexistens aliud ei accedens. si ne prioris tamen interitu. argumen. l. si. ff. de diuers. & tempora. præscrip. l. pomponius. §. cum quis. ff. de ac-

quir. pos. item hoc supplementum fit dupliciter, veres scilicet, per accessionem quantitatis, ad quantitatem vel speciem, vel speciei ad quantitatem, vel speciem vt loquitur. l. omnimodo. & interpretabitur per amotionem conditionis adiectæ institutionis factæ ex legitima vel modi, vel dilationis, vel alterius cuiuscunque grauaminis capiendi, tamen modus non mutatur, sed representatur. argu. l. h̄eresitas. ff. de h̄eres. institu. vnde si quis aduertat ad. l. scimus. §. cum autem. legitima quæ ibi representatur non expectat ad vniuersali fideicommissio adiectæ, non capitur iure directo, sed iure fideicommissi, & per restitutionem de manu h̄eresis faciendam, vt ibi dicit litera dum subdit quartæ quidem partis restitutio, &c. & sic non mutatur capiendi modus neque primus interimitur, sed in proposito per amotionem conditionis adiectæ dupillari substitutioni non solum succedendi modus representatur, sed gradus ipse perimitur. l. fina. §. secundo. ibi sed si extiterit conditio. ff. de vulg. & pupilla. vt hæc & alia in isto proposito adducit Oldrald. vbi supra, confirmatur hoc quia illud quod dicitur quod testamentum potest incipere a tacita vulgari contenta in expressa pupillari, & si filius succedat ex tali tacita vulgari factis dicitur institutus, vt probatur in. l. si pater filium. & ibi Bartol. ff. de vulg. & pupilla. tamen hoc procedit secundum terminos dict. l. si pater filium. scilicet, quando filius nascitur qui fuit filio iam nato substitutus inuenit tempore quo nascitur purificatam conditionem sub qua est substitutus, quia tunc non potest dici præteritus per. l. cum posthumus. ff. de liber. & posthum. non ergo procedet quando filius aliquo tempore reperiretur præteritus a primo gradu conditione non purificata. Sed quicquid dicat Oldrald. qui in hoc adhæret dictis antiquorum in quæstione illa, an conditio casualis vel mixta sub qua filius fuit substitutus reijciatur de legitima, iuxta nota. per docto. in. l. si pater. C. de institutio. & substitutio. & in. l. suus quoque. in principio. ff. de h̄eres. institu. & in dicta. l. quoniam in prioribus. pro eo quod prius dixi, videtur casus in dicto. §. cum autem. ex cuius decisione infertur quod cum hodie legitima debet relinqui filio, titulo institutionis. secundum iura authenticorum & istarum. ll. partitarum. si filius substituatur in euentum alicuius conditionis alteri h̄eresi institutio reiecta conditione concurrere debet cum instituto prout habetur in. d. §. cum autem.

b **¶ El fijo.** Idem dicitur in nepote, vel pronepote primum locum obtinente, vt probatur in dicta. l. omnimodo. & dicta. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testamen. vbi vid. Roderic. quarta ampliacione, & idem dicit de ascendentibus & patronis, & etiam in fratribus quando turpis persona h̄eres instituitur ab eo, nam isti etiam non possunt grauari in legitima. vt dicit gloss. nota. in autentica. de h̄eres. insti. & falcid. §. si vero expressum. colla. prima. in gloss. prima. l. panthonius. §. fina. ff. si quis a paren. fuer. manu. vide etiam per Roderic. in dicta. l. quoniam in prioribus. 16. ampliacione, & probatur optime in. l. 6. in ordina. tauri.

c **¶ Que es en poder.** Probatum ergo hic quod in legitima quæcunque conditio potestatiua etiam si sit facilis reijcitur de legitima sustentatur vero in residuo ultra legitimam, vnde & illa conditio si volet reijcitur de legitima vt hic, tenet Bald. in dicta. l. quoniam in prioribus. Ioannes de Imol. in. l. fina. ff. de conditio. institu. & in. l. iam dubitati. columna septima. ff. de h̄eres. instituen. & Roderic. in. d. l. quoniam in prioribus. §. 6. ampliacione.

d **¶ Non empecen al fijo.** De hoc vid. Roder. vbi supra secunda ampliacione. qui legem istam intelligit quando solus iste filius erat h̄eres institutus ne obstat. l. scimus. §. cum autem. C. de inoffic. testa. cuius de Paul. de Castr. in. l. suus quoque. in principio. c. l. 2. ff. de h̄eres. insti. vbi in isto casu quærit reiecta conditione de legitima quid erit de residuo, & respondet quod si non habebat cohæredem vel substitu-

In noua rec. est l. tit. 8. ii. br. 5.

## Sesta partida.

tum totum sibi accrescit: quoniam in omnem euentum est illud habiturus siue deficiat conditio siue non, si tamen haberet cohæredem, vel substitutum spectabitur euentus conditionis quæ si non existat illud residuum perueniet ad cohæredem vel substitutum, si tamẽ existat accresci sibi sine noua additiõne sicut videmus in eo qui est substitutus partim

pure prim sub conditione, vt ff. de hære. in sti. l. si liber homo. §. titius ex semisse. & licet Rode. Sua rez, post multa vel intelligi istam. l. partitæ. semp tamẽ visus est remanere cū aliquo scrupulo erga intellectum verū huius. l. subdēs se nõ determina te afferere, sed vt peritiori daret occasionẽ, aut probandi aut corrigendā dicens hoc ef-

*¶ Ley. XII. Como aquel que es establecido por heredero, sin condiciõ ninguna, puede entrar la herencia, maguer la condiciõ que es puesta a su compañero, non sea cumplida.*



**S**el testador a establesciere a dos omes por herederos, al vno so cõdicion que puede ser, b eal otro simplemẽte. Este atala quiẽ nõ fuesse puesta cõdiciõ, luego q̄ sea muerto el testador, puede entrar en sus bienes, en aq̄lla parte, en q̄ le establescierõ por heredero, e el otro que es establescido cõ la cõdiciõ sobredicha nõ puede entrar en la su parte, a menos de ser cūplida d primeramẽte la cõdiciõ,

se magna importantia in practica, ego vero, licet impetitus, cogitabam istum intellectum non conuenire huic. l. partitarum: tum quia diuinatorius cum in hac. l. nulla mentio fit quod habuerit filius cohæredem, vel substitutum, vel quod non habuerit, tum etiam quia ista l. iuxta. l. saus quoque. & alias leges iuris communis facit differentiam an filius instituitur sub conditione potestatiua, an sub casuali, vel mixta vt primo casu reiecta conditione potestatiua de legitima, iuxta dictam. l. quoniam in prioribus. & istam. l. teneat institutio conditio nalis in residuo, & expectetur conditio. Secundo verò casu non solum reijciatur conditio de legitima, sed neque etiam respectu residui expectetur, & si tota ista lex intelligi deberet quando non fuit datus cohæres, vel substitutus dicendum esset nullam in vtraque conditione faciendam esse differentiam; quia vtroque casu non esset expectandus conditionis euentus cum in omnem euentum illud esset habiturus. restat ergo quod vt ista differentia inter conditionem potestatiuam, & inter casualem vel mixtam possit hic applicari de necessitate debemus intelligere quod fuerit datus in ista. l. substitutus, vel cohæres & tunc versatur labor in respondendo ad dictam. l. scimus. §. cum autem. vbi habetur quod in residuo ultra legitimam non reijciatur conditio casualis, vel mixta. fortẽ posset non improbabiliter dici quod cum ille. §. cum autem. quatenus innuit, quod legitima possit filio relinqui titulo fideicommissi, sicut & alia. l. illius tituli dispo fuerunt, vt habetur in. l. omnimodo. eodem titulo. sit correctus per ius authenticorum ex mente docto. ibi cum legitima hodie relinqui debeat titulo institutionis, vt in authen. vt cum de appella. cognof. §. aliud quoque capitulum. colla. octaua. & in. l. §. titulo octauo. infra eadem partita. per quæ iura reditur ad antiquas. l. secundum quas filius institui non poterat sub conditione casuali, vel mixta, & licet. d. §. cum autem. sit incorrectus, quatenus etiam disponit quod conditio casualis, vel mixta reijciatur de legitima, & testamentum teneat, vt in. l. §. supra eo. & ibi dixi tamẽ nõ potest negari quin in legitima, simul & in residuo legitime pater hodie non potest filium instituere sub conditione casuali vel mixta sicut erat per. l. antiquas ante. l. C. si ergo institutio peccet in forma, vt si fiat sub conditione casuali, vel mixta reiecta conditione tenebit testamentum, & euentus talis conditionis etiam dato cohærede, vel substituto non expectabitur, & quod per. d. l. antiquas disponebatur, vt filius taliter institutus possit dicere testamentum nullum hodie per istas. l. partitarū, licet hoc non possit dicere & testamentum teneat: tamen dicere poterit filius conditionem talem sibi non potuisse apponi, & eius euentum nulla tenus esse expectandum. oportet ergo patrem esse cautum, vt filium instituat in legitima. vel parte legitime pure non sub conditione casuali, vel mixta, vel in residuo instituat alium, vel si instituat filium in omnibus bonis grauet, si velit vt alteri restituat residuum pure, vel sub cõditiõne, & similiter poterit filium instituere in legitima, & in residuo sub cõditiõne, casu. l. vel mixta dato sibi cohærede: vel substituto, vt hæc omnia probantur in. d. l. §. titu. 8. infra ea. parti. si autem filium institueret sub conditione casuali vel mixta, tam in residuo quam in

legitima, vel simpliciter, tunc procederet huius. l. dispositio etiam dato sibi cohærede, vel substituto, & forte idem esset dicendum attentis l. iuris communis, & sic quod non procedant dicta Paul. de Castro. in. d. l. suus quoq. & Cin. in. l. si pater. C. de instit. & substit. & sic quod in hoc. l. ista partitarum, non corrigat ius commune, sed declarat. nam

so que fue establecido por heredero.

*¶ Ley. XIII. Como deuen ser cumplidas las condiciones que son puestas en los establescimientos de los herederos ayuntadamente, o so de partimiento.*



**D**onen los testadores a las vegadas muchas condiciones a los herederos ayuntadamente, a las vegadas las pone so de partimiento. E ayuntadamente pueden ser puestas en esta manera, como si dixesse el testador, establezco a fulano por mio heredero, si fiziere tal iglesia, o tal ospital, e diere tantos maravedis a po-

quo nullum peccatum fuit in forma institutionis, & ibi etiam extraneus est ille qui instituitur non filius, vt hoc casu. Præterea & in istis legibus. & in dict. l. si liber homo. §. titius. institutio fuit pro parte pura & in parte conditionalis: & nullum, vt dixi fuit peccatum in forma: in institutione verò filialiter sit etiam de iure communi dicendum quod ista. l. partitarum optimè declarat. in conditione verò potestatiua recte distinguitur habuerit filius in residuo legitime cohæredem vel substitutum, vel non: quia institutio nõ peccat in forma, & in tali conditione loquitur Ioann. de Imo. relatus à Rode. in. l. iam dubitari. 7. col. ff. de hæred. in sti. versic. & hæc opinio tutior videtur intelligendo eam sane, &c. & non in conditione casuali, vel mixta. confirmantur ista autoritate insignis docto. Anto. de Bur. consi. 69. incipit visis actis & iuribus, vbi vult q. d. §. cum autem. nihil de iure antiquo immutet quando filius haberet iure institutionis. cum ergo per. l. antiquas filius institutus sub cõditiõne casuali vel mixta habebat totã hæreditatẽ, neque curabat in aliquo de talibus cõditiõnibus etiã in residuo ultra legitimã etiã si daretur sibi cohæres, vel substitutus, idẽ erit etiam hodie dicendũ, nec obstabit. §. cum autem. qui loquitur secundũ iura. C. secundum quæ sufficiebat quoque relicto titulo legitimam filio relinqui absq. honoreabili titulo institutionis, & videtur ad confirmationem prædictorum. quod hæc. l. approbare voluit opinionem Oldrad. in. d. l. quoniam in prioribus. quam ibi refert Alber. colu. i. ver. vel posses dicere. quatenus dicit quod etiam si filius instituitur sub conditione casuali, vel mixta in legitima, & ultra legitimam quod vt legitima manere debeat in integra filio, tales conditiones remouentur seu habentur pro non appositis.

*¶ Lex. XII.*

- a Vno hærede in parte pure, alio in alia sub possibili conditione institutus, primò institutus potest statim per mortem testantis suam partem agnoscere, alius autem non donec conditio impleatur. h. d.
- b *¶ Si el testador.* Adde ad istam. l. l. si liber homo. §. si ita scriptum. ff. de hære. institu.
- c *¶ Que puede ser.* Dic vt supra eodem. l. prima.
- d *¶ Non puede entrar.* Adde. l. si is qui hæres. ff. de acqui. hæred. & limita, 3 vt in. l. si quis instituitur. ff. de hæred. in sti. in princ. & in. §. i. & l. 2. §. si sub conditione. ff. de bono. poss. secundum tabul.
- e *¶ Cumplida.* Et si tempus non sit adiectum quando conditio impleri debeat parebo conditioni quandiu voluero secundum Azo. C. de condit. insert. in summa. columna secunda. versic. l. & si quidem. vbi respondet ad. l. hæc conditio. quæ contradicere videtur. ff. de condi. & demonstra. adde Bald. in. l. si pater. columna fina. C. de institu. & substit. ver. §. quæritur. si vero tempus sit adiectum, infra illud tẽpus parere debeo & computatur tempus à die aditæ hæreditatis non autem à morte testatoris, vt. ff. de condit. & demonstra. l. si in diem.

*¶ Lex. XIII.*

- a Pluribus conditionibus coniunctim appositis hæredi omnes adimpleri debent, alias testamentum erit inualidum, sed si diiunctiue ponantur sufficit vnam impleri. h. d.

supposito q̄ talis conditio reijcitur de legitima & testamentum teneat secundũ Bart. & docto. vt dixi in dict. l. 9. supra eo. erat necessaria declaratio quid erat faciendum de residuo qd non reperitur declaratum à iure communi, & ista. l. partitæ declarat. neque obstabit. l. si te solũ. & l. si quis ita scripserit. ff. de hæredi. instit. quia loquuntur in casu in

**1 a** *Tales condiciones.* Ex hoc sume quod condiciones plures debent esse tendentes ad diuersa implementa & diuersum finem attentata mēte testatoris qui vtrāq; conditionem voluit adimpleri, nec eius mens & intentio verificatur vna tantum conditione impleta secus nanq; esset si plures condiciones etiam copulatiue posita tenderent ad vnum finem & qua-

**¶** Ex quo potest dici quod si rex facta sibi relatione quod quis possidebat aliquam villam titulo maioriæ dedit liberam testandi factionem de tali villa ei qui illam possidebat quod ex tali licentia poterit disponere etiam in præiudicium sperantis maioriã: quia erat sequens vocatus & ad hoc vide bonum textum in lege. etiam in principio. ff. de bon. liber. quod procedere forte posset in maioriã quæ habetur ex lege ciuili vel a solo principe non tamen forte in ea quæ habetur ex contractu seu de iure gentium in quo princeps non dispensat vt plene deduxi in quadam mea allegatione in fauorem Marchionis de Monte mayor.

**¶** An autem vigore talis facultatis, qua sibi conceditur, vt faciat maioriã in vnum ex filiis, possit duas maiorias facere, in duos vel plures ex filiis, vel plures filios vocare ad eandem maioriã? videbatur quod non per textum in capitu. recepimus. & capitu. porro. de priuileg. vbi habetur, quod in priuilegijs debet seruari iuxta eorum tenorem, pro hoc etiam videtur text. in lege. qui soluendo. la primera. ff. de hæredibus instituend. & ibi gloss. nota. ex qua videretur dicendum, quod terneret primæ maioriæ constitutio, non verò secundæ. in contrarium tamen est bonus textus in lege prima. in principio. iuncto. §. quanuis. ff. de assign. libert. cuius verba sunt. quanuis in singulari sermone Senat. consultum scriptum est, tamen & pluribus liberis & plures libertos libertasue, posse assignari certum est. Item etiam si testator mandauerit restituere vni de familia, potest fieri restitutio duobus, l. vnum ex familia. §. si duos. de legatis secundo. & ibi Bartolus, & Ioannes de Imol. & Paulus de Castr. & Baldus in versiculo itaque. eiusdem legis. & per Bartolum in §. sed & si fundum. eiusdem. l. vbi idem vult esse e contra, vt si rogetur restituere pluribus, possit restituere vni tantum: & sic si data esset licentia ad maioriã in plures filios, poterit fieri in vnum tantum. & istam partem credo veriorem: nam licitum est recedere a qualitate forma data per disponentem: dummodo non recedatur a mente, vt not. Baldus in dicta lege. vnum ex familia. Imol. in dicto. §. si duos. cum enim mens principis sit dare in hoc istam facultatem, ita vt reguletur secundum voluntatem & dispositionem eius, cui dat: de mente principis est concedere in vnum vel plures, prout condens maioriã voluerit, sicut etiam in dicta lege. vnum ex familia. in principio. & §. si duos. mens testatoris seruat, quæ fuit ne res exiret de familia, quod conseruatur, siue restituat vni, siue pluribus de familia: & præsertim procederet vbi bona essent tanta, quod sufficerent ad vnam vel plures maiorias, prout etiam tradit Paul. de Castr. vbi supra. cum tractat de relicto pro hospitali fabricado, quod possunt per executores fabricari plura, si bona sufficiunt. hoc etiam confirmatur ex l. decimanona. in ordinamen. Tauri. vbi habetur, quod licet ex lege fore permissum fuerit meliorare in tertio vnum ex filiis, poterit pater si voluerit meliorare plures, cuius opinionis fuit doctor de Segura. in repetitione dict. §. sed & si fundum. folio. octauo. columna secunda. versiculo sexto. & folio decimo quarto. columna pri-

ma. in fine. & hoc planè procedit, quando licentia data fuit, vt possit maioria fieri in vnum filium: quia quod fiat in plures, maior fauor est filiorum, & mens concedentis non repugnat: quando verò licentia data fuit, vt possit facere in duos vel plures filios: tunc non videtur, quod possit tantum fieri in vnum: quia hoc esset in daninum alterius filij, cui etiam princeps voluit prouidere, vnde non videtur tunc posse a forma licentiæ recedi per supradicta. & non obstat, quod habetur in dicto. §. itaque. & §. sed & si fundum. quia ibi non repugnabat mens testatoris, quæ fuit, vt bona remaneant in familia, quæ etiam isto modo conseruatur. & bene facit, ad hoc quod per illum textum not. Barto. in lege prima. ff. de opt. lega. vbi dicit, quod si testator iubet distribui bona sua inter pauperes, eligendos per talem, quod ille non poterit eligere vnum tantum, & ei dare omnia, allegat etiam. l. tertiam. ff. de ann. lega. Ioannes de Imol. tamen in hoc de vno tantum paupere, an possit eligi? vult in dicto. §. si duos. inspicendas esse aliquas coniecturas, vt ex eis constet de mente testatoris. vide ibi per eum. Et ex prædictis patet respon. ad dictam legem. qui soluendo. quia ibi tractatur de præiudicio creditorum, quod in quæstione prædicta an possit fieri duæ maioria, cessat.

**¶** Et an virtute facultatis faciendi maioriã in vnum ex filiis possit facere filio qui est in potestate per viam donationis? videtur quod sic ex l. decima septima. in ordinamen. Tauri. & ex dicto Bald. in auth. si quas ruinas. ver. iuxta hoc quæro vtrum. C. de sacrosanctis ecclesijs. Paulus in lege. si quando. in principio. ff. de legatis primo. & an possit fieri in posthumum vide. l. antepenult. ff. de legatis primo. quod sic. & an in filium extantem apud hostes. vi. l. illa. §. primo. ff. de hæredibus instituendis. & textum cum gloss. in lege. hæredis. ff. quando dies lega. cedit.

**¶** Sed pone, quod rex concessit priuilegium faciendi maioriã in vnum ex filiis: cum pater plures filios haberet, an poterit facere maioriã in nepotem ex vno ex filiis? est aduertendum ad decisionem huius quæstionis, quod appellatione filij non comprehenditur nepos, quando agitur de præiudicio alterius, ita quod est merum priuilegium: secus si esset beneficium, secundum Bartolum in lege. libertorum. columna tertia. ff. de verborum significatio. textus & ibi Baldus in l. sed & milites. in principio. ff. de excusatio. tuto. Bal. in §. quia vidimus. de his qui feud. dare poss. vnde videtur, quod non possit fieri maioria in nepotem extantibus alijs filiis, ipsis tamen deficientibus, si euenerit calus, quod vnicum tantum haberet nepotem naturalem, & legitimum, ille comprehenderetur sub licentia, quatenus tamen tangeret in præiudicium legitime, necessarius esset consensus talis nepotis, iuridicè præstitus iuxta id quod habetur in lege. si quando. §. & generaliter. C. de inofficioso testam. en. & licet tali casu sine licentia principis, fieri poterat maioria: adhuc tamen multum esset regis licentia proficua, vt vincula, & submissiones. & restitutiones extendantur ultra quartam generationem, iuxta ea quæ habentur in authentica. de restit. fideicommiss. & ad alia veluti ad impediendum ex prohibitione alienationis, translationem domini: si tamen nepos esset bastardus seu naturalis, tunc non comprehenderetur: cum vt superius dixi, princeps videatur intellexisse de filio legitimo, & naturali: vnde in dubio non comprehenderetur, nisi aliud constaret de voluntate regis, & quod superius dixi, quod stantibus alijs filiis, nepos non comprehenderetur in facultate, intelligere nisi pater talis nepotis iam decessisset: quia cum tunc intret in locum patris, videtur quod in eo possit vigore facultatis constitui maioria. ad quod facit bene doctri. Barto. in dicta. l. libertorum. columna quarta. quod statutum, quod extantibus filiis femina non succedat, procedet stante nepote masculino, patre mortuo: & procederet hoc & si in licentia regia contineatur, quod possit facere maioriã in filium ex se natum: nam mortuo patre nepotis comprehenderetur nepos, ex notatis per Bartolum in dicta lege. libertorum. ad finem. quinta colum. & intellige iuxta prædicta, quando nepos existentibus alijs filiis, intraret locum patris, vel si esset solus, fieret de eius assensu quatenus tangit sibi præiudicium in legitima, per ea quæ dixi. & Barto. tradit in dicta lege. libertorum. columna tertia. & gloss. in lege. filij. ff. eodem. de verborum significatio. Imò & forte posset dici quod dato quod viueret pater talis nepotis si maioria fieret in nepotem teneret & videretur relicta filio ex quo eius contemplatione relinquatur nepoti filio eius. pro quo videtur bonus casus qui loquitur in fortioribus terminis in lege secunda. cum principio. & §. primo. legis sequentis. ff. de assign. liber. & facit. lex. dedit dotem. ff. de collatio. bono. & ibi Bartolus, & l. quæ disponunt quod aliquid relinqui patris, sufficit si relinquatur eius filijs in potestate. l. tertia. ff. de legat. præf. & tuenda est dispositio patris, vt saluetur meliori modo quo possit. l. penultima. ff. de testamen. milita. & confert ad hoc. l. 18. in ordina. Tauri. & facit bonus textus in l. secunda. §. si materia pœnali loquitur crederem tamen idem esse verius quod stant-

Quæstio. 14. In noua rec. est. l. 1. tit. 6. li. 5

Quæstio. 15.

In noua rec. est. l. 1. tit. 6. lib. 5

Quæst. 12.

Quæst. 13.

In noua rec. est. l. 1. tit. 6. li. 5

# Sestapartida.

re filio non posset facere in nepotem vide Alexand. in l. haeredes mei. §. peto. ff. ad Trebellianum. & quod non acquiratur patri videtur casus in l. sed si mortis. §. hoc autem. ff. de lega. prae. & ioh. Barto. nisi fieret nomine patris conferendo acquisitionem patri ut est text. ibi in §. sequen. & Barto. in dicto. §. hoc autem. & vide Socia. consilio ducente simo quadagesimo primo. columna decima. volumine secundo. & ad de ad praedicta Barto. quod non possit fieri in nepotem filio stante in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de libe. & posthu. & Ioan. de Pla. in l. 1. C. de priu. eo. qui in sacropala. mili. lib. 12.

**1. quæst.** Quid tamen si vigore regie licentiae datae in forma solita, pater inter viuos, seu per viam vltimae voluntatis, constituit maioriã in vnum filium, post cuius mortem vocauit nepotem eius filium, & filius in vitâ patris decessit, nondum habita maioria, an tenebit cõstitutio in personam nepotis? Christopho. de Miess. vir præclari ingenij & satis mihi venerandus, qui obiit sub religione Seraphici Francisci, qui composuit tractatum intitulatum, triuphus Christi, contra infideles: in quadam ex multis quæstionibus per eum motis in ista materia maioria, quas in discursu sui studij collegit succinctè & non pleno calamo: sed indigestè sperans dante Deo plenius tradere, in quæstione ista inclinavit, quod non teneret maioria in personam nepotis, nihil allegans: nisi tantum, quod videtur noua maioria in personam nepotis, ad quem facultas se non extendebat quando nepos esset solus: & non starent alij filij iuxta ea quæ supra dixi. solum allegabat nota. per glossam in dicta lege. filij. & per Bartolum in dicta lege. liberorum. columna tertia. Ego vero in quæstione ista contrarium tenerem: quia ex quo auus cõstituit maioriã cum facultate in filium, cui substituit ex vigore eiusdem nepotem, licet filius decedat viuo patre, & auo nepotis, nepos venit ex maioria facta per dictam facultatem, & in persona eius non est noua maioria: sed antiqua. argumento. l. vnum ex familia. §. primo. ff. de legatis secundo. & quia siue dicamus substitutionem huius nepotis vulgarem, vel compendiosam, non est quod obstat quin nepos succedat ex substitutione, licet pater eius in vita aui constituentis decesserit: licet enim institutus decedat in vita testatoris, substitutus nepos succedit ex vulgari, ut in lege. si pater filium. ff. de vulgari & pupillari. l. Thais. §. splendophorus. ff. de fideicommissa. liber. gloss. & Bartolus in lege. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liberis & posthumis. quod etiam procedit etiã si institutus vocetur ex vulgari cõtenta in compendiosa: nam & si institutus decederet viuo testatore, substitutus admittitur ex vulgari: si in compendiosa contenta, secundum Cynum in l. precibus. C. de impuber. & alijs substitu. & Bartolus in lege. Centurio. ff. de vulgari & pupillari. Baldus quinto volumine. consilio centesimo septuagesimo. incipit, quidam Nicolaus. confirmatur etiam ex decisione. l. Lucius. quæ est antepenulti. in §. filiam. ff. de legatis secundo. vbi habetur, quod relictum in defectum institutorum & substitutorum, censetur repetitum ab hæredibus, etiam venientibus ab intestato: & si non apponatur alia clausula codicillaris. facit etiam lex. hæc conditio. in princip. ff. de conditionibus & demonstrationibus.

**17. quæst.** Sed quid si res concessit facultatè faciendi maioriã in vnum ex filijs, quem vellet eligere & fecit in vnum ex pluribus qui viuo patre decessit sine filijs & maioria reuersa est ad partem. an poterit eiusdem facultatis vigore eligere alium filium & in eum facere maioriã? casus videtur quod non in lege. cuius bonis. ff. de cura. furio. & quia facultas expirauit in prima electione. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatione. quod de plano videtur procedere si primus filius accepit & habuit maioriã & sic actus vigore facultatis fuit perfectus: si enim non venit in filium maioria & ante eius acquisitionem mortuus esset videtur quod possit eligere alium filium. argumento cap. si compromissarius. & capitulo. si electio. de electi. libro sexto. & tradit Oldrad. consilio quinquagesimo septimo. incipit, papa reserua uit. & conferunt quæ tradit Felinus in capitulo. in nouamus. de treuga & pace in limitationibus ad dictum. §. hoc sermone. Item si conditor maioria reuocasset illam in casu quo potest iuxta. l. Taurinas videtur quod non possit sine noua facultate iterum illam facere per dictum. §. hoc sermone. & l. multum notabile in lege. matrimonij. ff. qui & à quibus manu. libe. non fiant. l. cum vir. ff. de conditionibus & demonstra.

**18. quæst.** Quid autem si rex concessit licentiam faciendi maioriã, in talem filium, puta petrum an possit pater, eo mortuo facere maioriã, incipiendo à persona nepotis filij illius defuncti? & videtur tali casu dicendum, quod non per text. nota. in l. si ita quis. in princip. ff. de testat. tute. in versu. si quis filio. in gloss. paruula ibidem: cum dicit non expresso proprio nomine, vbi etiam Bartol. colligit, quod appellatio filij expresso nomine proprio, non comprehendit alium, quam filium sic specialiter nominatum. facit. l. Gallus. §. instituens. & per totam illam. l. ff. de liberis & posthumis. vbi institutio facta de filio. non extenditur ad nepotes. & facit quod not. Bartol. in dicta le-

ge. liberorum. columna secunda. versiculo aut tractamus. vbi allegat dictum. §. instituens. adde text. cum gloss. in l. Neratius. ff. de regulis iuris.

**19. quæst.** Et idem esset eadem ratione dicendum, ut concessa facultate in talem filium, quod illo mortuo, non poterit fieri in alium per prædicta.

**20. quæst.** Sed pone, quod dedit rex facultatem faciendi maioriã in filium Titium, qui mortuus est, & postea natus fuit sibi alius filius, quem vocauit pater similiter Titium, an poterit in illum constituere maioriã? videbatur quod sic, per textum nota. in lege. filia. §. à Titia. ff. de conditionibus & demonstrationibus. qui videtur esse casus quæstionis. Contrarium tamen credo: quia destruere destruitur etiam privilegium: & si reã dificeret, non habebit illud privilegium, nisi eiusdem privilegiantis auctoritate fiat, per notata per doct. signanter per Ioannem de Imol. in lege. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligationibus. ad finem. sic etiam videmus, castra vetera inhabitata reficere non posse, nisi auctoritate principis secundum Innocentium in capitulo. Pisanis. de restitutione spoliatorum. Baldus in lege prima. versiculo. in initio. ff. de offic. præf. vrb. facit etiam. l. pater. §. Tusculanus. ff. de legatis tertio. neque obstat dicta lex filia. §. à Titia. quia ibi sumus in casu, qui tantum pendebat à voluntate testatoris, de cuius mente ideo præsumitur, non reuocasse legatum ancilla Agatheæ. de qua ibi: quia aliam quam post alienationem primæ Agatheæ habuit, vocabit eodem nomine Agatheam. in quæstione vero nostra hoc non dependet à potestate patris constituentis maioriã: sed à potestate, & licentia regis, & huius sententiæ fuit dictus Christopho. de Mie. vir doctissimus in dictis suis quæstionibus. *mirabilem l. Neratius ff. de regu. iur.*

**21. quæst.** Quid autem si rex concedit licentiam faciendi maioriã, prout ipse vellet, liberam sibi in hoc potestatem concedens, an per hoc solemnitates iuris ciuilibus, & in capacitates hæredum videntur sublata, ut sic tali casu possit relinquere maioriã alicui incapaci? videtur, quod sic, ut in lege prima. iuncta. l. neque. in §. deportati. & quæ ibi Bartolus. ff. de testamen. milita. cogita tamen & vide quæ superius dixi. & per talem clausulam non tolluntur ea quæ sunt iuris naturalis, sed quæ sunt iuris ciuilibus.

**22. quæst.** Quid autem si quis fecit maioriã cum licentia principis, quæ expirauit post factam maioriã, postea vero constituens cancellauit, seu incidit instrumentum maioria: postmodum poenitentia ductus, vult illam valere, an possit? & videtur quod non: quia licentia expirauit per constitutionem validam, quæ facta fuit: vnde cum poenitet & vult, quod valeat reperitur sine licentia. facit text. in lege penul. §. fina. ff. de bonorum possessio. contra tabu. ibi neque putauerit quisquam nuda voluntate constitui testamentum.

**23. quæst.** Præterea eadem solennitas requiritur in actu reparando, quæ in faciundo. l. si ut proponis. la segunda. C. de nupt. & quod ibi notat Baldus. & multa in materia cumulat lafon in repetitio. l. quominus. ff. de flumi. in fina. quæstione de Molendino in totum destructo. In contrarium tamen videtur quod notat Abbas per textum ibi in capitulo. per tuas. de donatio. in quarto nota. vbi not. quod qui reintegrat, non dicitur de nouo facere: vnde licentia prius concessa, durat in tali reintegratione, & dicta lex si ut proponis. non videtur obstat: quia ibi erat ius patri quæsitum ex diuortio ad dotem, quam dedit filia: in casu vero proposito nullum ius erat quæsitum regi, ita ut ab eo noua licentia requireretur. Præterea de mente principis fuit concedere licentiam, nedum ad primum actum constituendi maioriã, licet validum: sed etiam ad secundum actum, si primus ex aliqua causa corruerit: sciebat enim princeps istum actum de sui natura reuocabilem vsque ad mortem. l. quadagesima quarta. in ordinamen. Tauri. vnde iuxta naturam actus videtur dedisse licentiam. argumento. l. fina. & quæ ibi notantur. C. de non numerata. pecun. & etiam de constitutione maioria, quæ effectum haberet sensu non de reuocabili, iuxta ea quæ late tradit Felinus in capitulo secundo. de treug. & pac. ad intellectum. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatione. & conferunt multum in ista materia notabilia verba Bald. per textum ibi in capitulo. cum accessissent. de constitu. columna quinta. numero decimo septimo. vbi ponit hæc verba. Item not. quod vbi resurgit dignitas resurgit confirmatio dignitatis: quia resurgit per dispositionem iuris communis: neque est opus, quod papa de nouo confirmet statutum, super hoc edictum ex quo non intelligitur noua creatio: sed quodammodo redire ad naturam suam. facit. l. deferre. §. fina. ff. de iure filci. l. fina. ff. de mino. ibique responder Bald. ad dictam legem, si ut proponis. & paulò inferius eodem numero dicit: oportet, quod in noua creatione interueniat auctoritas summi pontificis: sed in reparatione non requiritur noua auctoritas Papæ, subditque notabilia verba. porrò non dicitur omnino extincta, quando superest aliqua spes, vel indicium reparationis, vel aliquis habitus, vel figura remanet, vel memoria in codicibus ecclesiarum, non

facit popi  
gregorijs  
facultas  
est odiosa  
sic non est  
pluribus  
cum quibus  
ff. de libe.  
ostendit  
intelligend  
omnino act  
cui ad se  
ut deserv  
manto not.  
in l. f. ff. de  
con. h. par

20. quæst.

21. quæst.

In nouare  
copi. est. l.  
4. tit. 7. li-  
bro. 5.

1. quæst.

17. quæst.

Vt l. 44  
Tau. & in  
noua reco  
pila. est. l.  
4. tit. 7. li  
bro. 5.

18. quæst.

cancellatis.allegat.l.peculium.§.si opem.ff.de pecul. quod satis confert ad questionem istam: nam hic licentia regis non fuit incisa: sed mansit originalis & in registro, quam cum construens non incidisset seu incidi fecisset, non fuit actus maioris totaliter destrutus: nam manserunt reliquæ licentiæ (vide quæ dixi in lege vigesima quarta titulo primo eadem partita. & l. fina. ff. de his quæ in testa. delen.) imo & in fortioribus terminis ego induco dictum capitulum cum accessissent: nam certum est quod non ad dignitas non potest creari in ecclesia, sine licentia papæ. ut in capitulo primo vigesima secunda distinctione. & tamen ea ratione: quia ab antiquo illa dignitas primiceriatus, de qua ibi fuit in illa ecclesia licet postea auctoritate papæ illa dignitas fuisset extincta: tamen potuit solum capitulum illam reparare ex primeua licentia, licet extinctio auctoritate papæ facta fuisset, quod est singulare ad istam questionem ut & si Rex consensisset reuocationi maioris factæ, per constituentem tantum si constituens valet poenitere & reparare maioriam, poterit ex primeua licentia.

¶ Et quid si licentia Regis detur Titio comiti, & sic sub nomine proprio & dignitatis: an si Titius comes illa non utatur, poterit uti eius successor? decide ex his quæ dicit Baldus in capitulo primo. §. Marchio. versiculo. Pone concessum est privilegium. de his qui feudum dare possunt. Et facit quod notat Bald. in lege prima. §. si defunctus. ff. de rebus eorum.

¶ Sed quæro de pulchra questione, scilicet, ut ex more videmus, Rex solet concedere facultates ad vendendum, & alienandum aliquas res maioris, seu obligandi eas pro dote & arrhis: quod de iure videtur principem facere posse: cum ex eius privilegio vires sumpsit maioriam, iuxta nota. per Baldum in lege. qui se patris. C. unde libe. columna antepenul. & traditur in plerisque locis, & facit ad hoc quod notat Baldus in capitulo primo. §. hoc quoque. columna secunda. versiculo. accidit questio. de successio. feud. & quia si lex mortua introduxit res prohibitas alienari pro restitutione dotis, vel alias, ut in authenti. res quæ. C. communia delega. idem dicendum in lege viua, quæ est princeps. An sit dare aliquem modum, ut Regi tollatur potestas dandi talem facultatem, ex qua potest venire subuersio maioris? & videtur dicendum quod sic scilicet, quod licentia ad maioriam detur propter pecuniam, vel in remunerationem, seu solutionem alicuius seruitij, vel quia princeps sibi aliquid debebat, & principem liberauit hoc acto, ut daretur sibi talis licentia: quia cum tali casu habeatur licentia mediante contractu cum principe: erit irreuocabilis: & non poterit princeps in eius subuersione dare prædictam facultatem vendendi seu extrahendi aliquam rem ad maioriam, quod probatur ex nota. per glo. in lege. quod semel. ff. de decre. ab ordi. facien. & in l. secunda. ff. de iur. immunita. & Bartolum utrobique. & idem Bartolum in lege. omnes populi. ff. de iusticia & iure. nu. 29. Bald. in dicta lege. qui se patris. Paul. de Castr. in lege. digna vox. C. de legib.

¶ Notabis tamen singulariter ad id quod dixi principem posse dare talem licentiam vendendi, vel alienandi, quod possessor maioris, cui data fuit talis facultas vendidit: sed adhuc pretium non recepit vel si recepit, non consumpsit, quod eo mortuo talis pecunia pertinebit tantum ad successorem in maioriam, ut in bonis maioris conuertatur, & non ad alios filios vel hæredes per text. nota. in lege. si operarum iudicio. ff. de ope. liberto. iuncta gloss. ibi. sed quare in certa. Quæro præterea licet ex lege thaurina. 42. licentia debeat precedere ad maioriam tamen si sine licentia fiat & à principe confirmetur tenet maioriam. quid si aliquis fecit maioriam sine licentia, supplicauit tamen Regi in suo testamento ut eam confirmaret & mortuus est ante confirmationem & hæreditate iam eius filijs delata an si princeps confirmet postea petente filio maiore tenebit maioriam? videtur quod sic ex notatis per Bartolum in lege. Gallus. §. & quid si tantum. colum. fina. vers. quandoque ipse filius petit se legitimum & tunc si pater hoc disposuisset in testamento. &c. ff. de liberis & posthumis. & vide infra eadem gloss. vers. si. sed an si quis.

¶ Sed pone quod quis leget filio talem rem in tertia parte bonorum ex lege regni in maioriam qui etiam dicit vel lego illi tales res & tales de quibus facio maioriam, si Rex confirmauerit cui supplico ut confirmet, quo facto mortuus est ante confirmationem, item & moritur filius in quem fecit maioriam antequam princeps super hoc aliquid declararet, an transmittet ad suos descendentes primam partem legati, illam videlicet rem, quam reliquit in tertia parte bonorum, quæ non egebat principis confirmatione? & videtur quod neque illam transmittat, neque eius filius poterit petere confirmationem à principe alterius partis legati, scilicet rerum quas reliquit, si princeps confirmaret, & hoc per text. in lege. cum ita. in princ. ff. quando dies lega. cedit. & ibi Bartolum. & eodem titulo. l. cum illud. neque obstat ad hoc. l. si usufructus. eodem titu. quia loquitur quando vnum legatum deficit ex morte ipsius, cui legatur. vn-

de purificatur aliud seu prima pars alternatiuæ, ex quo sequitur quod si legatum fieret isto modo, relinquo filio meo talem rem in maioriam, vel talem & talem si filius meus se obligauerit soluere fratribus suis certas quantitates, vel quid aliud vel si voluerit hoc soluere: tunc enim si moriatur filius ante implementum conditionis, valebit prima pars legati seu alternatiuæ: quia purificatur primum relictum, ut habetur in dict. l. si usufructus. in princ.

¶ Item si defunctus non ita alternatiuè legaret: sed per viam legati de pluribus rebus faceret maioriam in filium maiorem supplicando Regi, ut eam confirmaret. & quod si princeps non confirmaret, quod faciebat maioriam de vna ex illis in tertia bonorum: tunc enim & si moriatur filius antequam princeps declaret, transmittet ad filium rem, quæ relicta est in tertia bonorum. l. si quis ita sic scripsit. ff. de hæredibus instituend. neque obstat. l. huiusmodi. ff. quando dies legati cedit. quia in isto casu in omnem euentum res legata erat per uentura iure maioris: quod non est in casu. l. huiusmodi. & quia quando relinquitur iure maioris non solum relinquitur primo: verum omnibus descendentes, & sic non est quid tractetur de iure transmittendi, seu de die legati cedentis. Imo cum in omnem euentum illa res debeat esse maioris, posset filius accipere eius possessionem statim, pro quo facit gloss. in dicta lege. huiusmodi. & l. Iulianus. ff. de conditio. indeb. l. cum quidam. ff. de acquirenda hæredita. l. antiqui. ff. si pars hære. pet. l. si pater. ff. de solu. l. si duobus. §. fin. & lege. qui filiabus. §. primo. ff. de legatis. i.

¶ Nota etiam in materia ista quod facultas principis data ad faciendum maioriam per viam testamenti, vel durationis inter viuos, vel utriusque, intelligi debet dummodo ille cui datur sit capax factio- nis testamenti. l. verbis. ff. de verborum significatio. & §. in extraneis. in sti. de hæredi. qualita. & disse. fact. l. si quando. C. de inofficio. testa- mento.

¶ Item nota, quod si quis fecit maioriam, & misit ad Regem, ut confirmaret, & tempore confirmationis, qui maioriam fecit sit furiosus, quod non tenebit confirmatio. l. si quis alicui. ff. de acquir. hære. & vide. l. si. & ibi glo. & Bart. ff. de bono. possel.

¶ Item & aduerte, quia & in istis facultatibus conceditur, quod possit addere, & augere in maioriam, quicquid voluerit, & multotiens poterit dubitari, in his quæ addit, an videtur repetere titulo maioris & ut bona quæ addit sint maioris. ad quod vide text. notabilem. in l. Scavo- la. ff. de verborum significa. & l. libertis. ff. de conditio. & demonstra- tio. & iunge dicta Bar. in l. si tibi pure. in fine. ff. de leg. 3.

¶ Sed quid si mercator huius regni exercet mercantias extra regnum, 26. quæst. ubi non est necessaria ista facultas ad maioriam: quia legitima filiorum non est ita ampla, prout est in istis regnis, an poterit de talibus bonis consistens extra regnum disponere ut emanant ex eis bona quæ sint maioris vel vinculo illa prout possunt ciues regni ubi sunt mercantias? videtur dicendum quod non: & quod talia bona mobilia debent sequi personam ex eo quod Baldus vult in lege mercatores. C. de commer. & mercato. dicens quod mobilia concernunt personam: immobilia autem territorium, ubi sita sunt, & in istis mercantijs seu mobilibus, quæ non sunt perpetuo destinata ad locum, ubi sunt. Idem vult & pulchre Salycetus in lege prima. C. de summativita. & fide catholi. l. ex facto. §. rerum autem. ff. de hæredi. instituend. l. vxorem. §. legauerat. ff. de lega. tertio. & tradit Iuan. Iecirier in suo tracta. iuris primogenituræ. libro secundo. quæstio. 8. ubi allegat dictum Bald. quod facit in oppositum. & ipse allegat de pace iura. fir. & debet dice- re de pace tenenda. colum. secunda. numero. 9. ubi dicit, quod bona mobilia censentur de territorio ubi reperiuntur. & quod populo seu fisco illius loci confiscantur: sed tandem residet in conclusione Salycete. ubi supra. an sint ibi perpetuo destinata vel ne. Quid autem esset di- 27. quæst. cendum si bona essent immobilia? vide per dictum Iouannem in d. tra- cta. & libro. quæst. 7. ubi late.

¶ Et quid si habens facultatem ad faciendum maioriam cum eam fa- 28. quæst. cit dicit quod facit disponendo de tertia & quinta bonorum: bona ta- men quæ ponit in maioriam excedunt tertiam & quintam, an sustinebitur maioriam, virtute facultatis? vide quod dicit Bartolus in lege. ambicio- sa. in fi. ff. de decre. ab ordi. faci. & in q. per eum disputata, quam ibi refert. & vide text. & ibi Abb. in c. nisi essent. de præben.

¶ Nota etiam quod si habens facultatem fecit maioriam, si postea im- petret facultatem ut possit eam reuocare, non videtur ex sola impetra- tione ista illam reuocare. l. forma. §. fin. ff. de censib. & tex. cum glos. in cap. ex tenore. de rescript.

¶ Item quid si ex facultate regia, vel ex dispositione legis thauri, reuo- 29. quæst. cet quis maioriam factam, in filium maiorem cum certo onere de præ- Que est. l. stando alijs filijs certam quantitatem, & insituat maioriam in secun- 44. tau. & dum filium non repetens dictum grauamen, an censetur repetitum? in no. rec. videtur quod sic per text. & quod ibi notat Barto. in l. Caio. in princ. est. l. 4. ti. ff. de ali. & ciba. lega. 7. libr. 5.

## Sexta partida.

30. quæst. **¶** Sed quid si rex concessit facultatem faciendi maioriã, sub conditione si vxor eius vel talis eorum filius consensit: contingit quod is cui data fuit talis facultas, fecit maioriã de rebus designatis, dicens quod facit sub conditione prædicta, si vxor vel filius consenserit: & de muni consensit, vxor vel filius: eo tamen tempore, quo iam ille qui fecit maioriã erat deportatus, vel apud hostes, vel iã in articulo mortis carens loquela, an valebit constitutio ista maioriã? & facit quod nõ valeat notabile dictum Bar. in l. poti quam. in principio. ff. vt lega. seu fideicommiss. no. cauea. quod forte bene procederet in eo, qui de iure iam erat incapax ad faciendum actum, veluti in eo, cuius bona iam erant publicata, quo casu loquitur Barto. vel in capto apud hostes: non tamen forte procederet in eo, qui de facto non poterat, vt in eo qui perdidit loquelam: nam cum ille præsumatur in eadem voluntate durare. l. eum qui. ff. de proba. glo. in capitu. de neptis. 31. quæstio. 2. & accedat consensu eius tempore habili, de iure ad actum: videtur quod actus tali casu teneret: non tamen teneret si consensus accederet post mortem eius, qui fecit: vt probat text. per locum ab speciali in l. si pater. ff. de manu. vindi.
31. quæst. **¶** Sed pone quod data est facultas ad maioriã faciendam sub conditione, si dotauerit competenter filias, pater vero dotauit filias tradens eis certa bona in dotem, & fecit de alijs bonis maioriã, & postmodum illa bona fuerunt filiabus euicta, an filia poterunt agere de euictione, vel rescindere maioriã, tanquam non seruata conditione? vt. text. cum glo. qui videtur probare quod sic. in l. si verò. §. si patronus. ff. de bonis liberti.
32. quæst. **¶** Item quid si princeps concessit facultatem faciendi maioriã in vnum ex filijs, quem elegerit, an possit eam facere in casu quo non habet nisi vnum tantum filium? & videbatur quod non. per. l. 1. in princ. iuncta. l. vtrum. ff. de assign. liber. glo. in titi. de assign. liber. in contrariũ facit: quia principis intentio in hoc non repugnat: imò magis fauet quando vnus tantum esset filius, ex quo præiudicium alijs non irrogatur, & quia dicta. l. procedunt in melioratione inter plures, quæ non cadit in vno: maioriã verò bene cadit in vno.
- ¶** Aduerte etiam quod ista licentia seu facultas regia, quando est necessaria ad maioriã faciendam, debet præcedere, vt cauetur lege thaurina. 42. bene tamen sufficeret si post factam maioriã, princeps eam confirmaret, vt eadem lege colligitur & probatur ex his quæ notant Hostien. Cardi. & Abb. in cap. innotuit. de elect. & præpo. Alexand. in c. quicumque. el. secundo. 50. distin. Sed dubium est an post talem confirmationem posset qui fecit reuocare maioriã si fecerat eam per viam donationis inter vivos? & videtur quod sic traditione non sequuta vel vel cum ex causa non onerosa facta fuit iuxta. l. 44. in ordina. thauri. illa tamen lex loquitur, quando præcessit licentia, non quando confirmatio fuit subsequuta: sed videtur idem dicendum: quia talis confirmatio intelligenda est, secundum naturam actus qui confirmatur. l. fina. C. de non nume. pecu. tu cogita. Sed quid si ille in quem facta fuit maioriã, erat incapax, & Rex habilitauit eum, an qui constituit maioriã poterit reuocare in casu, quo potest reuocari maioriã? & ex dictis Alexandrini vbi supra colligitur decisio quod aut ipse constituens maioriã ignorabat habilitatem, & potest reuocare cum sciat, aut sciebat & non potest. vide ibi per eum.
- ¶** Aduerte etiam quod ex licentia ad faciendum maioriã in vnum ex filijs, si deficiat masculus potest fieri in femina, vt dixi in l. 2. titu. 15. secunda partita, & vide. l. 2. §. filijs sibi vtique & filiabus. ff. ad Tertul. & ibi Barto.
33. quæst. **¶** Et quid si conceditur facultas faciendi maioriã alicui in vnum de consanguineis suis, an possit in consanguineos ex parte matris? text. videtur quod non in l. 1. ff. de iure immu. sed attenda consuetudine loquendi in vulgari in Hispania contrarium crederem.
34. quæst. **¶** Sed quæro quid si Rex reuocet omnes facultates ad maiorias per se à tali tempore concessas, an effectus istius reuocationis extendatur ad maiorias iam factas & præsertim quarum iam est in donatarium translatum dominium? & videtur quod non ex dicto Bald. in l. 1. col. 3. verficu. & facit ad quæstionem. ff. sol. mat. vbi videas, quia vult quod dominium non reuocetur iam translatum, & si princeps reuocasset etiam quo ad effectus sequutos.
35. quæst. **¶** Item quæro an per talem reuocationem facultatum subuertantur, etiam maioriã quæ ex lege regni in tertia & quinta fieri possunt abiq; aliqua facultate? & videtur quod non quia princeps suum non legis auferit priuilegium. & ad hoc facit bonus text. in lege. nam similes. ff. de iniust. rupt.
36. quæst. **¶** Item quæro cum ex lege thaurina licentia Regis debet præcedere maioriã, & non sufficit si subsequatur an hoc procedet, etiam si faciens maioriã vnico tantum habuisset filium? & in hoc in quæstionibus illius viri doctissimi de Miesses reperi qd limitabat dictam legem thauri, nisi ille in quem fecit pater maioriã esset vnico patri suo. & hoc dicebat esse singulare & verum. allegabat text. & ibi Barto. in 3.
- oppo. in l. posthumus. in prin. ff. de iniust. rupt. de quo ego dubito cũ non reperiam rationem diuersitatis, an sit vnus vel plures filij cum eadem quantitas legitima debeatur vni, quæ & pluribus imò & maior: cum si vnus sit non cadat melioratio tertij, neque quinti & ex vinculis & prohibitionibus maioriã eadem læsio inferatur quo ad grauamina filio vnico, sicut si essent plures. limitabat etiam dictam. l. thaurinam in casu quo ante maioriã fuit data facultas: nam si eius vigore facta fuit si postea reuocetur, vel ex aliqua causa desinat, si postea Rex iterũ eam concedat reconualescet maioriã. per. l. si quis filio ex hæredato. §. irritum. ff. de iniust. rupto. & ibi Bart. in princip. & in pe. oppo. & in dicta. l. posthumus. in prin. in 3. oppo.
39. quæst. **¶** Sed pone quod cauetur in maioriã inuestitura, quod filius bastardus legitimatus possit succedere in maioriã, si sibi à patre relinquatur. pater ante legitimationem reliquit maioriã filio bastardo nondum legitimato, legitimaui tamen eum postea, an succedet in maioriã? videtur quod non: tam ex dicta legis thaurinæ dispositione quæ facit in argumentum, quam per. l. in tempus. & l. si extraneum. §. ff. de hæredib. instituen.
40. quæst. **¶** Quid tamen si cum impetrat legitimationem vel alias cum legitimat dicit quod facit hoc vt succedat in maioriã? videtur quod sufficiat arg. l. si quis hæres. ff. de iniust. rupto. & l. Pamphilo. §. propositum. ff. de lega. 3. & bene conferunt quæ tradit Iason in repetitione. l. quominus. ff. de flumi. 21. q.
42. & no. re. de qua supra. 41. quæst. **¶** Item nota quod si maioriã fieret sub conditione si princeps eam confirmet tenebit si sequatur confirmatio ex. l. thauri. & vi. 12. q. 5. in capitu. quia Ioannes.
42. & no. re. de qua supra. 41. quæst. **¶** Item pone quod habens facultatem fecit maioriã in filium, & cum haberet vxorem prægnantem, dixit, quod posthumo vel posthumæ quæ erat in vtero legabat nulle pro alimentis, contigit quod nascuntur duo masculus, & femina ex eodem ventre, an vitabitur, constitutio maioriã? dic quod non, sed quilibet posthumerum habebit mille, quæ fuerunt relicta. l. si ita scriptum. in prin. ff. de libe. & post. glo. & Bar. in l. 3. §. fin. ff. eodem. glo. in l. 3. ff. de iniust. rupt. in verbo. si nascuntur.
42. & no. re. de qua supra. **¶** Aduerte etiam, quod licet ex. l. Taurina. licentia debeat præcedere, hoc procedet quando alias non esset valida constitutio maioriã, si tamen sine licentia esset valida tamen ad valorem aliquarum vocationum vel prohibitionum alienationis, seu alias qualitates esset necessaria facultas regia, si talis facultas subsequatur constitutionem, bene tenebit & vna conuertetur in aliam. vnde defuncto constituente cum prima maioriã tenebit subsequata facultate ad illas qualitates, quæ erant necessariæ ad eius valorem. ar. tex. cum glo. & ibi Bar. colum. 2. in l. 2. in prin. ff. de vulg. & pupil. licet enim prius fecerit maioriã sine regia licentia illa confirmabitur seu validabitur, si postea habeat licentiam regiam ad constituendum maioriã, vt probatur per text. in l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniust. rupt. & ibi Barto. & vide multa quæ in proposito adduci possunt de quibus per Iason repetitione. l. quominus. ff. de flumi. q. 21. cogita tamen.
42. quæst. **¶** Sed quæro iuxta ea quæ post principium huius glo. dixi quod Rex concessit facultatem alicui faciendi maioriã in quarta parte bonorũ suorum, an per hoc videatur sibi sublata facultas, ne faciat in tertia iuxta. l. regni in quo videtur dicendum quod non per textum in l. non tantum. §. si emancipatus. ff. de bono. poss. contra tabu. & ibi Bar. & facit. l. legatum. ff. de fundo in stru. neque obstat. l. si ita quis. ff. de vulg. & pupil. quia responde, vt ibi per Barto.
43. quæst. **¶** Quid autem si Rex dedit facultatem faciendi maioriã alicui in vni cum filium, quem tunc habebat & postea nascitur sibi alius filius, an poterit facere maioriã adhuc ex vigore facultatis? dic quod non per text. in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pupil.
44. quæst. **¶** Item aduerte, quod si non habens facultatem facit maioriã per viã donationis in vnum, & in eius defectum in alium, translato dominio in primum, non transfertur in secundum mortuo illo. vnde si primus alienaret, vel alij concederet teneret alienatio. ita colliges ex decisione quadam Guidonis in decisio. Delphinatus quæstio. 712. & intelligence de carente facultate à principe vel à lege propter ea quæ habentur in l. 7. titu. 4. partita. 5. & in l. Taurina. de qua supra proximi.
45. quæst. **¶** Quid autem si quis faciat maioriã de omnibus bonis suis, an veniant bona futura? & dic quod non. l. si ita. ff. de auro & argent. legat. Bald. in §. similiter. de contro. inuest. in fine. sed quid si princeps legitimaui ad petitionem patris vel alius filium bastardum & concessit, vt possit in eum facere maioriã, an versa vice videatur data eadem licentia filio, vt forte ditatus de his, quæ acquisiuit faciat maioriã in patrem, ex vigore facultatis, si erat necessaria? vide per Felinum in capitu. postula sti. de rescript. in quæstione illa an extendatur dispensatio. ex cuius dictis videtur quod non. **¶** Pone autem, quod Rex dedit licentiam faciendi maioriã in filio fratris: quia is cui dedit nõ habebat filium, an si postmodũ nascatur sibi filius, poterit ex ista facultate facere

Lex. XXXIII.

in eam maiorem? & videtur quod non: quia esset ex tensio de psona ad personam in materia odiosa. ex notatis per Bald. in. l. fed & milites. in princip. ff. de excu. tuto. & per Francisc. de Are. in. l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. & quia hic est maior ratio prohibitionis, ut filius nō grauetur in legitima. & sic princeps esset difficilior in concedendo. & facit p hoc: nā si rex concederet ali cui castrū, ut post vitam illius maneret iure maioria in quendā nepotem filium fratris donatarij, tunc propter natiuitatem filij, non excludetur ille nepos filius fratris, ut vult Bal. in. l. cum acutissimi. C. de fideicō. in fi. sed confide-

leyes deste nuestro libro. O trosi si el testador, mandasse fazer a de su cuerpo e de sus huessos<sup>b</sup>, o en fecho de su sepultura<sup>c</sup>, alguna cosa, que fueſſe cōtra ley<sup>d</sup> o contra la vsada costumbre de la tierra, o cōtra su fama, o a deshonrra de los parientes del, non deue ser guardado tal mandamiento: e aura la manda aquela quien fue mandado algo, porque fiziesse esto, maguer non lo cumpla.

¶ Ley. XXXIII. Como vale la manda que es fecha a muchos, e en que manera la deue partir.

ra si forte hoc potest limitari si concessio principis totaliter tenderet in fauorem patris, ut quia princeps ad illum non ad filium fratris habebat affectionem. & probaretur ista limitatio ex dictis eiusdē Bald. in. d. l. cum acutissimi. in fine. & facit. l. fed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupi. & l. sociū qui in eo. ff. pro socio. ¶ Sed an si quis fecit maiorem sine licentia principis, an si princeps post illius mortem illam confirmet teneat? vide Ange. per tex. ibi quod sic in. l. pe. in ad di. ad Bar. C. de prapō. sacri. cubi. lib. 12. & vide text. not. in. c. quia loānes. 12. q. 5. ¶ Quid autem si in facultate regia ad maiorem dicitur, & dōtatis filiabus possit facere maiorem, qualiter hoc intelligatur quod sint dōtata? vide quae notat Bald. in lege fin. col. 3. in quibusdam quaestionibus. C. de pactis. & idem Bald. in. l. si plures col. pe. C. de condit. infer. & Bar. in. l. cum plures. §. pe. ff. de admi. tuto. & in. l. titio. §. titio certum. ff. de condi. & demōstrati. & quia docto. amplo stilo commentati sunt dictā legem. nemo potest. de qua ista sumpta est ego simi licer istam. l. his laboribus pro communi utilitate ornare decreui, & labores isti pro maiori parte fuerunt illius docti viri licenciati de Miesses in quibusdam suis recollectis quaestionibus in ista materia. & tam istae quaestiones quam aliae multae sparsae in ista materia per istos libros partitarū fuerunt dicti domini aliquibus per me additis eius anima requiescat in pace qui sperabat fauente deo in ista materia maioria ad nostrum modum hispanicum, pleniori stilo multa & praeticabilia, & nota. digna tradere, sed morte praeventus & quia ante mortem monasticam vitam elegit non potuit. & ne mireris si aliqua ex his tibi videantur non ita digesta ut oportuit, tum quia ille in dictis recollectis non habuit rem istam pro perfecte absoluta sed tantum in progressu suorum studiorum induxit. ad istas quaestiones, tum etiam quia mihi homini valde occupato deficit tempus ad maturius cogitandum. Tu lector amantissime cum casus occurrerit latius cogitabis & proleuamine laboris tibi ista placebunt: sufficit enim si cui vel in paucis amici labore consulatur. l. tutori. C. de nego. gest.

4 a ¶ Mandasse fazer. Concord. cum. l. seruo. alieno. §. si. & l. si quis inquilinos. §. si. & l. filius familias. §. & des. ff. de lega. 1.

5 b ¶ Huessos. Concord. cum. l. quidam. in principio. ff. de conditio. in situ.

6 c ¶ O en fecho de sepultura. Ut si mandauit sibi fieri sepulturam magni sumptus, quae statui suo non esset conueniens: alias haeredem priuat: nam talis voluntas non est seruanda, nec haeres perderet haereditatem. ita exemplificat Paul. de Cast. in dicta lege. seruo alieno. §. fina. & facit ad eum, qui successorem in maioria tali onere grauaret, vel secundum Paul. de Cast. ibidem si mandaret, se sepeliri cum melioribus vestibus, quas habebat, vel annulis vt faciebant pagani, qui de alio seculo non cogitabant. & facit ad quaestionem quam late tractat Alberic. in dicto. §. fina. de milite, qui more solito cum indumentis singulis & equis coopertis sepelitur apud monasterium praedicatorum, an de istis debeat quarta presbytero parochiali: vide ibi late.

7 d ¶ Contra ley. Adde. l. condiciones contra edicta. ff. de conditio. in situ & eo. titu. l. condiciones que contra bonos mores.

¶ Si eadem res vni vel pluribus legatur coniuñctim vel diuisim, valet legatum & aequaliter eam diuident: & si eorum aliquis ante testatorem moriatur: vel si in vita testatoris parti suae renuntiet, vel alias ei non pertinet: tunc portio sua accrescit collegatarijs. h. d.



Vno o a muchos e puede ser fecha mada de vna cosa. E quando la fazen a muchos, quier sea fecha a todos ayuntadamete, o a cada vno por si vale la manda, e deue la partir todos entre si egualmete. E si por anetura, alguno dellos muriere enate q el testador eo biuiedo renuciasse su parte<sup>h</sup>: o acacsciesse otra razō algua<sup>i</sup>, porq non la ouiesse feya<sup>k</sup> aqlla parte a todos los otros, aquiē

¶ En muchos. ¶ Prosequitur nota. p Azo. C. eodem. in summa. col. 7. versicul. item legari potest vni & legari potest pluribus. ¶ Por si. Quid si aliqui sunt coniuñcti alij vero disiuñcti? dic vt per glo. & Barto.

ad. l. rec. in d. ff. legatis.

in. l. planē. in princip. ff. de lega. primo. in glo. super verbo potestate. & intellige, vt per Paul. de Cast. in dicta lege. si pluribus. columna prima. quod ibi coniuñcti fuerunt verbis tantum, vt quia testator dixerat a quis portionibus, licet non potest negari, quin sit diuinare ad illum text.

g ¶ En ante que el testador. Adde. l. vnicam. §. pro secundo. C. de caducis 3 tollen. & l. si titio & mauiō. §. Iulianus. ff. de lega. secundo. & quid si tempore testamenti iam legatarius cum alio coniuñctus erat mortuus? vide in. d. l. vnica. §. in primo. & ibi glo. in parte ad illos.

h ¶ Renunciaſse su parte. Adde. §. si eadem res. in ff. de lega.

i ¶ Contrarazon alguna. Vide per glo. in dicto. §. si eadem. super verbo 5 defecerit.

k ¶ Acrescer feya. Vt in. d. §. si eadem. & in dicta lege vnica. §. in primo 6 & §. pro secundo. si tamen deficiat legatū propter defectum legatarij. vel propter eius delictum tale quod legatum debeat fisco applicari: tunc non accrescit coniuñcto vt in lege. si titio & ei qui capere non potest. ff. de legat. secundo. si vero legatum deficiat ratione rei legatae. tunc etiam non accrescet coniuñcto, vt in. l. huiusmodi. §. si titio. ff. de lega. primo. si vero legatum deficiat attenda persona legatarij, vel mixta consideratione rei, & personae legatarij, vel ipsius legantis, tunc dic vt in. l. planē. §. si duobus. & §. sequenti. ff. de lega. primo. & vide in ista materia singulariter per Bartol. in dicta lege. huiusmodi. §. si titio. el primo. cum aliquibus ibi additis per Ioann. de Inmol. & Alexand. q quia. l. ista tractat de materia iuris accrescendi inter collegatarios. adde latius. in. l. vnica. §. his ita diffinitis. C. de caducis tollend. & in. l. re coniuñcti. vbi Barto. latissimē. ff. de leg. tertio. Et aliqua ex multis, quae in ista materia cumulaui hic annotare decreui: nam & si conditio adiecta vni coniuñctorum in eius persona deficiat, non ex hoc minuitur imo augetur ius alterius. l. si tibi & ei qui ff. de lega. tertio. quae lex est satis notabilis. not. etiam quod in habitatione pluribus relicta, habet locum ius accrescendi. vide. l. codicillis. in princip. & ibi Barto. ff. de usufruct. lega. Item habet locū inter duos correos, quibus est relicta liberatio. l. si is. & ibi Barto. ff. de libera. lega. Item etiam ius accrescendi habet locum in legitima. vide per Bald. in. l. vnica. §. in primo. columna tertia. C. de caducis tollend. & vide de hoc plenius per Alexand. in. l. planē. §. si duobus. columna tertia. ff. de legatis primo. Et vtum filio instituto in legitima tantum accrescat totum residuum, per ius accrescendi? vide Bald. in. l. vnica. columna sexta. C. quando non petent. partes. habet etiam ius accrescendi locum in donationibus causa mortis. l. vnica. §. cum autem. C. de caducis tollen. adde Bal. quem vide in. l. vnica. columna decimatertia. C. quando non petentium partes. Aduerte etiam quod coniuñctus per ius accrescendi praefertur venientibus ab intestato, in eo, quod non potest capere coniuñctus ratione incapacitatis. vide per Bald. in. l. eam quam. columna fina. C. de fideicom. dixit etiam Bal. in. l. vnica. §. in primo. in princip. C. de caducis toll. quod etiam inutilis coniuñctio parit ius accrescendi. Quarit etiam Bald. in dicta lege vnica. §. vbi autem. columna penultima. an si dispensatum sit cum patre, quod possit legare duobus filijs suis spurijs vsque ad certam quantitatem, vel quidquid pater voluerit, nun-

Quaest. 1.

Quaest. 2.

## Sesta partida.

quid inter eos habeat locum ius accrescendi? & primo dicit videri quod non: quia dispensatio vt odiosa est restringenda: sed contrarium videtur secundum eum, quia voluntas testatoris fauorabilis est & amplianda: demum dicit de hoc minimè dubitandum, si essent legitimati.

Quæst. 3.

¶ Et potest induci ad quæstionem maioræ, vt si ex priuilegio principis quis faciat maiora in duos filios, vel nepotes spurios, quod in defectum vnus alter habeat totum per ius accrescendi, quando maiorior fieret p

non videtur perdidisse maioriam, & erit proficua indulgentia. Ista distinctio colligitur ex verbis Bald. in dicto. capitu. 1. §. insuper. e prohibi. feud aliena. per Fredericum. quaestione fina. & vide quae not. Bald. in capitu. vnico. quid iuris sit si post aliena. vall. feud. recupe. in principio. In casu vero quo per maioriam instrumentum nihil disponitur, ad quem ex delicto transeat maioriam, publicabitur usufructus, ut dixi, & si princeps crimen indulerit, & restituat operabitur restitutio, ut reha beat suum maioratum: ut prius cum fructibus: secundum Baldum in dicto capitu. primo. hic finitur lex. columna fina. videtur enim restitutio facta, ut sint bona maioriam non ut libera per tex. in l. etiam. §. si deportatus. ff. de bo. liber. & l. 2. & 3. ff. de sen. passis. Quod intellige si princeps ante restitutionem non fecerat donationem alteri, talis usufructus: nam tunc recuperaret per restitutionem, secundum Baldum ibidem. penultima columna. de quo tamen ultimo vide quae late traduntur & notantur per Alexandrum & moder. in lege. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de liberis & posthu. Bartol. in l. quaeunque. C. de fide instrum. & iur. haer. fiska. lib. decime. Cardina. & Ioan. de Imo. in capitu. quia diligentia. de electio. Felin. in cap. si. col. 4. de constitu. & in capitu. inter quatuor. de maiori. & obedien. Abb. in capitu. 1. de parrochijs. & singulariter per Socinum consil. 266. colum. 19. 20. & 21. cum sequenti. Hodie communiter in facultatibus regalibus ad maioriam excipiuntur crimina haeresis, & laesa maiestatis, & criminis nefandi, ut in illis perdantur bona maioriam: quod seruandum videtur in his bonis, quae vinculantur ex vigore facultatis, & aliter non possent vinculari eorumque alienationes prohiberi: cum enim has vires receperunt ex priuilegio principis: nimirum, si princeps tale priuilegium in hoc possit modificare & declarare. seu sub certis limitationibus concedere. Si vero conditor maioriam etiam sine facultate principis, poterat bona sua grauare fideicommissis, & restitutioni subijcere: ut quia nullos descendentes, vel ascendentes habebat, & libere poterat bona sua vinculari, vel si habebat in tertia & quinta poterat libere disponere iuxta. l. regni, talia bona non perduntur, etiam propter crimen laesa maiestatis: ut dixi, & licet interueniat facultas principis insimul cum potestate, quae disponenti competit, de iure communi non perduntur talia bona, in quibus competeat de iure communi etiam citra rescriptum principis talis facultas: in dubio nanque ex quo condens maioriam non se restringit in sua dispositione ad talem regiam facultatem, visus fuit disponere omni meliori modo, quo dispositio sua conseruari posset. Baldus in lege. id quod pauperibus. columna fina. versicul. vltimo. quaeritur circa hoc. C. de episcopis & clericis. & lege. plane. ff. quod falso. tuto. aucto. & ibi Baldus. Et actus qui potuit geri ex duplici potestate, sustentabitur ex ea, qua melius valere potest: ut est casus multum singularis in capitu. nisi essent. de praebendis. & ibi Abbas in secundo notabi. & per illum textum eleganter etiam dicit Baldus in §. primo. columna penultima. de lege corra. quod si partes compromiserunt in iudicem delegatum, non per hoc videntur renuntiare rescripto: imo ex vtraque autoritate intelligitur iudex procedere, & potest pro parte valere sententia ex vna autoritate, & pro alia parte: ex altera per dictum capi. nisi essent. quod dicit non esse alibi. Semper enim actus videtur esse gestus ex ea autoritate, quae maius robur & maiorem efficaciam dat actui. ut in lege tertia. ubi casus notabi. ff. de testamen. mili. nam valens actum exercere ex duplici potestate: videtur actum exercuisse praetextu maioris potestatis, ut dixit Abb. per text. ibi & per. d. l. 3. in c. q. sicut. pe. nota. de electio. dixit etiam Bald. in l. humanitatis. colum. septima. C. de impuber. & alijs subli. quod habens duo arbitria ad aliquem actum, videtur facere ex arbitrio pleniori. & hoc idem voluit Innocentius in capitu. cum ex officio. de praescriptio. ubi etiam fortius voluit, quod si quis habens autoritatem ordinariam, crederet etiam se habere autoritatem delegatam: quam tamen in veritate non habebat, & protestaretur velle tantum procedere autoritate delegata: nihilominus processus tenebit autoritate ordinariae iurisdictionis, quam tantum habebat: quod est singulare, firmiora nanque reputantur illa quae aguntur de iure communi, quam illa quae aguntur de iure speciali. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testamen. mili. & in authentico. de non alienan. §. quia vero verisimile. semper in dubio quis videtur velle facere actum validum iure communi & ordinario: non autem speciali, vel extraordinario. l. quanquam. C. de testam. mili. & l. in testamento. la prima. eod. titu. & ideo dicit Frederic. de Sen. consil. 125. incipit factum tale est, quaedam domus. quod si quis potest procedere, ut ordinarius, & ut delegatus presumitur in dubio uti potestate ordinaria. Cofulo ergo, quod disponentes circa maioriam expriment se meliori potestate quae possent facere, & disponere, ut omnis dubietas tollatur, & quod protestentur velle uti iure communi, & facultate, illa via & forma, qua melius eorum dispositio conseruari possit: & confert etiam ad praedicta. l. habebat. ff. de instit. per quam ibi not. Bartol. quod licet contraham tecum respectu vnus mandati, quod te habere credebam: tamen possum agere contra te vigere

Vide. l. u. cum omnibus alijs illius titu. in titu. 6. li bro. 5. no. az recop.

1. quaestio.  
2. quaestio.

alterius mandati, quod habes licet ignorantem tempore contractus & sic suscipitur contractus, etiam ex alio mandato: de quo non fuit facta mentio, ut etiam plenius concludit Bartolus in sua disputatione incipienti adunantia generalis, & Bald. & in l. falsus. C. de furt. & tetigit. Bart. in l. ambidiosa. colum. vlti. ff. de decret. ab ordin. facien. Sed erit pulchrum dubium, an in casu quo perdatur maioria ex crimine lætæ maiestatis, vel alterius criminis, an tenebitur de euictione qui tale crimen commisit si haberet vn de possit soluere, & videtur quod sic ex dicto Bal. in §. rursus. quibus mod. feu. ami. vericul. sed quæritur vnum auctor. ¶ Quod autem dixi, quod neque per crimē lætæ maiestatis per dantur bona maiori. i. r. imò adhuc venient in sequentem vocatum, an procedat in filiis delinquentis, qui ad maioriam essent vocati: vide quæ dicam in lege secunda. titu. 2. partita. 7. vbi etiam tractabitur deo dante de filiis ante vel post delictum cōceptis, & de intellectu. l. quisquis. C. ad legem lul. maiest. & l. 6. titu. 2. partita. 2. Et in casu quo ex tenore inuentitur, vel aliās bona, vel vstruētus maioria confiscarentur si possessor deseruiuit regi, si filius eius vel maioria successior feruiuit inclinari debet rex ad bene meritum, vt iubeat ei dari bona, neque tam debent attendi demerita patris quam merita filij. l. non tantum. §. si emancipatus. ff. de bonorum possessi. contratabul. & facit quod notat Baldus in capi. primo. in principio. col. 3. versicu. quid si sunt duo fratres. quibus mod. feu. ami. vbi dicit, quod si ex duobus fratribus vnus dereliquit dominum, alter sua probitate defendit, quod tunc excusatur vnus propter alterum propter coniunctionem personarum & feud. ¶ Quid autem si villa seu castrum maioria confiscaretur ex his quæ habentur in l. 22. titu. 13. partita secunda. ibi, esto misino dezimos. vide dictam l. & quæ ibi dixi. Facit etiam ista. l. ad id quod notat Bald. in authentica. preterea. C. vnd. vir & vxor. colum. 2. versicu. vlt. etiam. Nota quod prohibitus alienare, non potest per suam contractum vel quasi contractum introducere dispositionem legalem in oppositum: imò tenetur curare ne id fiat. l. si ita quis. §. ea. l. in gloss. ff. de verborū oblig. & adde Bald. in l. prima. C. de inoffici. doti.

¶ Item etiam facit ista lex ad decisionem illius dubitationis, an dispositio authentica. res quæ. C. communia. de lega. scilicet, quod bona subiecta restitutioni possunt alienari ex causa dotis, quando liberis legitima portio non sufficeret, procedat etiam stante expressa prohibitione testatoris, quam quæstionem late tractat Iason in dicta authentica. res quæ. columna septima. & 8. vbi asserit communem esse opinionem, quod procedat etiam stante expressa prohibitione, contra Baldum qui voluit contrarium in §. donare. qualiter olim feud. alien. poss. & communem opinionem tenet doctor de Palat Rub. in repetitione. capi. per vestras. de donatio. inter virum & vxorem. colum. 55. & 56. cum sequentibus in formis minoribus. Certè ista. l. partitarum potest induci pro opinione Bald. vltra alia quæ pro ea inducit Iason in dicta authentica. res quæ. Cum vult hæc lex quod stante ita tali expressa prohibitione, cesset alienatio etiam ex dispositione leg. ali: & sic licet onus dotandi filias descendat à lege, vt in l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. l. 8. titu. 11. partita quarta. Licet dici possit, quod ista. l. parum faciat: cum ratio eius sit quia testator potest prohibere falcidiam, & prohibendo alienationem, per consequens videtur prohibere diminutionem per viam falcidiae testator tamen non potest prohibere obligationem quatenetur pater dotare filiam. Sed adhuc potest responderi, quod per expressam prohibitionē, quod neq; ex causa dotis res subiecta restitutioni alienentur, potest prouideri per testatorem, vt tradit Alexander consilio. 56. consideratis verbis testamenti. i. volumine. quod etiam est repetitum consilio. 23. volumi. secundo. qui tamē ad hoc nihil allegat: de dicto tamen eius meminit Ambrosius, prout etiam refert Palat. Ruui. vbi supra. colum. 62. in repe. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. 1. & Iason in d. authentica. res quæ. In cōfirmationē tamen illius dicti Alexand. tradit Palat. Ruui. vbi supra. q. sicut potest adijci pactum vel conditio, vt res non possit alienari in ecclesiam, vel pium locum, vt tradit Bald. in c. clerici. colū. 2. de iudi. & in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. col. 3. vers. sed hic quæritur Felin. in ca. quæ in ecclesiarum. eo. ritu. Bald. & alij in l. ea. l. C. de conditio. ob caus. per docto. in l. si ita quis. §. ea. l. ff. de verborum oblig. sic etiam valere debet dispositio: ne res alienetur etiam ex causa dotis, per hoc tamen nō arbitror recedendum à communi opinione: cum expressior sit prohibitio, quod neque propter dotem alienentur, quam si simpliciter alienatio prohibeatur. & quod dixi, quod teneat expressa prohibitio, vt neque ex causa dotis alienetur. Limita & intellige quando prohibens non tenebatur ad dotem: nam si teneretur talis prohibitio non obstar. vt tradit Barto. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. 1. quæst. 2. idem Pala. Ruui. vbi supra. col. 65. tex. nota. in l. cum fidei. ff. de fideicommissa. liber. l. pēto. §. pēdiū. ff. de lega. 2. & crederem hoc procedere etiam si mortuo patre nulla promissa dote ab eo vel constituta, filia de restituendo grauata, talem dotem promitteret, vel constituerit, quicquid in contrariū voluerit Angel. in authentico. de restitu. & ea q. parit

colla. 4. super glo. quæ incipit, sed nonne, quia videtur in hoc esse tex. in contrarium in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellia. & in specie tenet Iason in d. authentica. res quæ. col. final. vers. 13. limita. & doctor de Palat. Ruui. vbi supra. colū. 66. Decius consil. 376. viso casu proposito. aduerte tamen, quod hodie in regno attendente mente. l. regni. videtur dicendum, quod filia in quam deueniret maioria, in qua essent bona alienari prohibita: etiam si non exprimeretur, quod neque ex causa dotis alienaretur: sed generaliter esset prohibita alienatio: adhuc non posset ex causa suæ dotis alienare bona maioria, iuxta dispositionem. d. §. cum proponeretur. & dict. authentica. res quæ. quia in dictis iuribus non erat dicta filia rogata restituere filiis suis, si eos haberet: sed erat rogata restituere, si sine filijs decesserit, vnde filij erant in conditione non in dispositione iuxta gloss. magis communiter approbatā in l. Lucius. ff. de hæredib. institu. vnde in casu. d. §. cū proponeretur. eo. casu quo mulier non dedisset bona fideicommissi in dotem & contraheret matrimonium, poterat disponere ad libitum de fructibus, tanquā de rebus paraphernalibus, iuxta nota. in l. penul. ff. ad legem Falcid. & in l. hac lege. C. de pact. conuent. in l. dotis. ff. de iure doti. vnde nullus forte vellet cōtrahere matrimonium cum ea, & sic non inueniret maritum, & ideo emanauit prouisio. d. §. & d. authentica. Item si daretur casus, quod in casu illo filia haberet filios, poterat ipsa bona liberè alienare: & sic maritus inueniret se, & illam si cum ea contraheret sine bonis, ex quibus possent onera matrimonij sustentare: vnde consideratur ibi, quod maritus non aliter vellet contrahere: nisi dote data, seu promissa. & ideo necessaria fuit illa prouisio, vt fideicommissum ex causa dotis minueretur. In regno vero nostro maritus habet administrationem bonorum vxoris etiam non dotatum, & fructus ita sunt sui licet essent fructus dotis: sunt enim omnes fructus communes inter virum & vxorem, ex quibuscunque bonis percipiuntur, secundum l. regni, secundum quas etiam neque mulier sine assensu viri potest dis ponere de rebus suis, etiam paraphernalibus. Item in casu maioria filij sunt in dispositione, & ad eam vocati à primo disponente. Præterea de iure regni nihil amplius posset habere maritus: si hæc bona maioria sibi darentur in dotem, quam si simpliciter contraheret matrimonium, neque videmus quod mariti curent, quod talia bona sibi assignentur in dotem: tantum procuratur, q. vxor sit diues, & habeat bona: & hoc habito non curatur de constitutione dotis: imò libenter volunt recipere bona sine assignatione dotis: quia minus obligantur. vnde videtur: quod cesset dispositio dictarum. l. à cessante ratione. Imò per hoc videtur casus in d. §. cum proponeretur. ibi cum dicit nisi de fructibus possit sibi prouideri de dote: cum igitur tantum importet ad matrimonium maioria, qua trahitur sine aliqua assignatione dotis: sicut si assignaretur in dotem, cessare debet dicta dispositio, & non poterit in regno talis filia seu alia femina: in quam veniret maioria alienare eius bona, etiam propter causam suæ dotis: & bene etiam ad prædicta confert quod habetur in capi. nuper. de donatio. inter virum & vxorem. ¶ Quando vero nō tractaretur de dote filia, in quam venit maioria, sed de dotandis alijs liberis descendentibus à primo disponente, est dubium an si tales liberi nati sunt iam ipso disponente mortuo, possint dotari de bonis maior: in quo videtur velle Paul. de Castr. quod sic in dicto. §. cū proponeretur. in principio. Cum tradit quid fuerit illius. §. dispositioni additum per dispositionem authenti. res quæ. & dicit quod primo additur: quia in dicto §. tantum habetur de filia instituta & de restituendo grauata: in dicto vero authentico. idem deciditur in nepote ex filio, vel in pronepote ex nepote & sic de cæteris descendentes: vt ibi colligitur in verbo liberis, quod comprehendit omnes descendentes: nam onus dotandi omnium personarum prædictarum pertineret ad testatorem, si viueret vt in lege dedit dotem. ff. de collatio. bono. l. octaua. titu. 11. partit. 4. vnde secundum eum censetur voluisse quod faceret illud quod testator esset facturus. argu. l. cum seruus. ante ff. de condi. & demonstra. ibi nanque ipse vius. Secus in nepote ex filia, vel pronepote ex nepote: quia onus dotandi illas non pertinet ad primum disponentem. sed ad parentes illorum, per ea, quæ not. gloss. in l. à filia. ff. ad Trebell. vult ergo. Paul. de Castr. quod de mente primi disponentis sit licet iam sit mortuus, quod in omnibus descendentes eius per filium vel nepotem possit fieri alienatio ex causa dotis, iuxta dispositionem dict. authent. res quæ. de quo ego multum dubito, & potius inclinarem in contrarium. & primo excludo casum indubitabilem, vbi conditor maioria etiam ex causa dotis prohiberet alienationem: nam tunc dispositio eius seruanda est (vt dixi) & etiam in isto casu est de mente Paul. de Castr. Cum fundamentum eius sit quod si viueret ipse fecisset: & sic quod censetur voluisse, quod fiat post eius mortem. Quod fundamentum cessat stante voluntate expressa in contrarium, quando vero non fuit hoc expressum, sed simpliciter prohibuit alienationem, tunc videtur, quod in liberis natis eo mortuo, in quos nulla fuit orta obligatio dotandi, non censetur idē voluisse quod fieret ac si ipse viueret

Et. l. 4. li. 5. ordi. l. 5. titu. 9. lib. 5. noue re.

neque præsuntur voluisse contra suam prohibitionem bona distrahi in eo, in quo ipse nullo modo erat obligatus, argumen. l. cum de indebito. ff. de probationib. & ubi potest sumi alia coniectura non præsuntur donatio, ut tradit Baldus in lege. i. C. ad Trebellia. & constat hic voluisse bona integra velle manere in maioria, & si talis coniectura donandi daretur, esset destruere omnes maiorias, vel penè omnes. Si tale quid permitteretur in descendentes in infinitum. & l. cum seruus. alleg. per Paul. nihil in hoc probat. Imò ibi illa præsumptio tendebat ad conseruationem maiorem bonorum ex redditione rationum, quàm in eorum diminutionem, & procedit hoc magis indubiè de iure regni, ex quo per contractum matrimonij filius liberatur à patria potestate, iuxta. l. Lauri. & sic nulla obligatio dotandi esset in auo paterno neptem ex filio: & facit ad prædicta. l. i. §. si quis proximior. ff. vnd. cogn. ibi nam si post mortem neque obstat alij, neque ipse admittitur: quia nec fuit proximior cognatus ei, quo viuo nondum animal fuerit. & l. i. §. sciendum. cum similibus. ff. de suis, & legi. hæredi. Præterea ratio fundamentalis. dicitur. authentica. res quæ. ut tradit Palus de Castro consilio. 80. primo volumi. quia per supra scriptum ex inuim consulto rem. & c. est, qui pater tenetur filiam dotare. vnde sicut nō posset huic obligationi derogare subijciendo res suas restitutioni, quo minus obdiēt. am causam fieret diminutio: ita neque prohibendo illarum alienationem: cum non debeat esse in potestate debitoris ab obligatione te eximere. l. sicut. C. de actio. & obliga. Si igitur ista est ratio, & talis obligatio cesset, prout cessat in primo disponente, qui nunquam fuit obligatus ad dotandum neptes, vel præneptes, quæ non erant, nec fuerunt in rerum natura, eo viuo patet quod potuit bona sua subijcere restitutioni, & prohibere alienationem: neque talis descendens habet de quo conquiretur: cum nunquam habuit talem ascendentem obligatum. Præterea etiam Paulus in dicto consi. videtur declarare se circa id quod dixerat in dicto. §. cum proponeretur. & in dicta authentica. res quæ. penultima colum. s. ut quod dixit, procedat quando tantum erat prohibitio tacita legalis, de non alienando: eo quod bona erant subiecta fideicommissio: quando verò esset expressa prohibitio, & defectus non esset in potestate disponentis, & prohiber. tis: tunc non procedat dispositio. d. authentica. res quæ. Sed adhuc instabit quis: quia secundum hoc nihil specialitatis, vel prærogatiuæ inductum fuerit per dictam authenticam. res quæ. ex quo dicitur, quod tantum procedat in obligato ad dotandū, seu quādo in persona primi disponentis nata fuit obligatio dotandi: ad quod respondeo quod adhuc est multum fauoris & prærogatiuæ: quia ipso mortuo tantum poterat agere filia pro sua legitima, vel neptis quæ fortè non sufficeret ad constituendam dotem, secundum qualitatem filia vel neptis, & alia de quibus in l. filia. ff. de legatis tertio. & tetigi in lege. 8. titulo quarto. partida. 5. in gloss. super parte, tambien. Et istud inductum fuit per dictam authenticam, ut legitima non sufficienti mitti possit manus ad bona prohibita alienari: vel potest dici quod multum inducat de nouo illa authentica. ut stante tantum tacita prohibitione legali, ex præsumpta voluntate defuncti disponentis, bona subiecta fideicommissio possint alienari pro dote, etiam per liberos, qui non erant in rerum natura viuo primo disponente: quod non est stante expressa prohibitione, ut dixi velle Paul. de Castro in dicto consi. Sed primum mihi plus placet, & quod in hoc nulla sit differentia inter expressam, & tacitam prohibitionem: & confert ad prædicta, quia maioratus in multis participat de natura feudij: & arguitur de vno ad aliud, ut tradit Baldus in lege. cum antiquioribus. C. de iur. delibe. Socin. consil. 47. volu. 3. & videmus, quod feudum non potest dari in dotem. ut in cap. i. §. donare. qualiter olim feud. alie. poss. & per illum tex. dicit ibi Bal. quod authentica. res quæ. non habet locum in re feudali, & in casu in quo permittitur aliquando feudum dari in dotem, procedit pro vita vassalli dantis in feudum tantum, & non perpetuò, secundum Innocent. & docto. in dicto cap. nuper. & postea reuertitur feudum mortuo vassallo ad eum, ad quem ex forma inuestitura reuertit debet, secundum prædictos docto. & tradit Felinus in cap. quæ in ecclesiarum. de constit. columna. 29. hinc etiam videmus quotidie à rege impetrare licentias, & facultates, ut de bonis maioria possint filia dotari, vel bona maioria obligari pro restitutione dotis. & impetrantur quotidie à descendentes primi disponentis, quasi sit pro certo habitum, aliter non posse de iure fieri: quæ frustra precibus impetratur quod à iure communi conceditur. l. i. cum similibus. C. de thesaur. libro. 10. l. cum per absentiam. C. quib. non obijcitur long. tempo. præscrip.

¶ Et licet non sit disputandum de hoc de potestate principis auferentis per tales licentias ius futuri fideicommissi, iuxta ea quæ plenè tradit Alexander consilio. 2. visis codicillis legitimatione & alijs, primo volumine. & consilio. 94. ubi ad finem. dicit quod secundum illud consilium fuit iudicatum. Consulo tamen dominis de consilio regis ad hoc deputatis, ut raro & cum magna causa istæ & similes facultates in euerfionem bonorum maioria & fideicommissi, dētur: si

enim darentur sine causa iusta fortè tenerentur ad interesse parti læsæ, ex eo quod notat Baldus post glossam ibi in §. fina. columna quinta. versicul. item nota ex ista gloss. de pace iuramen. firman. & quæ habetur in l. 3. tit. 18. partida. 3. & vide Petrum de Anchar. in regul. possessor. columna decima septima. versiculo. quinto quæro. de regulis iuris. libro sexto. & ipse princeps concedens tales licentias sine causa non iuste faceret, neque videtur posse per prædicta, vel saltem tenebitur grauato prouidere de bono cambio, ut notanter voluit Innocent. in capit. nisi cum pridem. de renun. column. secunda. versicu. nos credimus. & neque recipientes erunt tuti in conscientia iuxta glo. in capit. nō est. de voto. Item & sæpe patres in præiudicium filiorum vel filiarum quibus defertur maioria impetrant facultates regias cum filij sint sub eorum potestate & protectione videntur delinquere. argumen. l. deferre. §. Item eos. ff. de iure fisci. vnde non debet eis faueri. Tales licentia tendunt contra publicam vtilitatem, quæ consistit in conseruandis bonis in familia nobilium. l. prima. §. denuntiare. versicul. publice enim interest. ff. de vent. in spi. & quod tradit Ioannes Andre. in additio. ad Speculato. titu. de successio. ab intesta. ubi referens disputationem Iacob. de Are. dicit pertinere ad publicam vtilitatem, quæ agnatis & familiarum diuitia conseruentur: constat enim, quod per diuitias familiarum conseruatur honestas, quæ perit per inopiam, ut in authentico de testibus. §. sancimus. collatio. septima. & sicut principatus diuisione destruntur. ut in §. præterea ducatus. de prohibi. feud. alien. per Fredericū. ita etiam patrimonia, ut experientia docet. ut tradit Socinus consilio 47. volumi. primo. colum. secunda. & inter nobiles melior est quandoque aliorum filiorum dispersio, quam hæreditatis diuisio. ut tradit Abb. referens dictum beati Bernardi in capit. licet. de voto. Rescripta contra publicam vtilitatem, & in damnum aliorum vocatorum ad maioria, non sunt concedenda. l. rescripta. C. de precib. impera. offeren. l. fina. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam. capit. rescripta. & capit. decenti. vers. omnes. 25. quæstione secunda.

¶ Quid autem si rex dedit licentiam extrahendi vnam rem vel prædium à maioria pro dote filia, eo quia pater non habebat aliunde vnde dotaret: an si pater postea perueniat ad pinguiorem fortunam, teneatur ipse dotare & res ita alienata reuerti debet ad maioria? videtur dicendum, quod non, per ea quæ not. gloss. in dicta authentica. res quæ. & in corpore, vnde sumitur, & probatur in dicta. l. mulier. §. cum proponeretur. & faciunt quæ not. gloss. in lege. ubi adhuc. C. de iure dotium. & Barto. in l. si constante, in principio. ff. soluto matrimo. in quæstione illa. si vir incipiat esse diues post dotem datam vxori, propter eius paupertatem. In contrarium facit quod notat Innocent. in capit. quia plerique. de immuni. ecclesia. tradit Socinus consi. 164. volu. secundo. ubi dicit, quod si princeps subsistente aliqua causa abstrahit rem vni, si postea cessat causa, cessat dispositio: & res ablata debet restitui: & quia auctis facultatibus, tollitur priuilegium paupertatis. l. non tantum. §. eos. ff. de excusatio. tuto. l. cura. §. primo. ff. de muner. & hono. l. his oneribus. §. auctis. ff. de vacat. mune. l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. secundo. Præterea hoc videtur de mente Bart. in dicta. l. si constante. in principio. colum. fina. quem pro prima parte iam citavi cum distinguit in quæstione illa. Quod si actus superueniens qui ab initio impediret actum geri, tendit ad eundem effectum cum actu gesto, & tunc ex superuenienti casu non tollitur id quod est gestum. l. verbis. ff. ad legem Falcid. Si verò tendit ad contrarium effectum cum actu celebrato, & tunc vult quod retractetur actus ex superuenienti casu, & ita respondet ad dict. leg. cura. §. deficientium. ff. de munerib. & hono. cum similibus. Vnde in casu quæstionis propositæ diuitia superuenientes tendunt ad contrarium effectum actus celebrati, scilicet permissionis ob inopiam extrahendi pro dote rem maioria: & videtur dicendum, quod res redire debeat ad maioria, & pater dote ex superuenientibus diuitijs Sed dicendum videtur, quod extractio talis rei, & constitutio dotis ex ea facta non retractetur licet superueniant diuitia, ut in regula factum legitime. de regulis iuris. libro sexto. & quia cum actus est iam confirmatus tunc per cessationem causæ non debet eius effectus retractari. l. qui res. §. aream. ff. de solut. l. sancimus. la prima C. de administra. tuto. Alexander in dicta lege. si constante in principio. columna finali. fortè tamen compellendus esset extrahens vigore talis facultatis de talibus diuitijs superuenientibus subrogare aliam rem in maioria valoris rei, quæ extracta fuit, & optima cautela erit, quod in talibus licentijs ita specificetur, & illud ad quod allegauit Innocent. in dicto capitu. quia plerique. non videtur ita indistinctè verum, neque Innocent. hoc dicit ita ut Socinus in dicto consi. cum retulit, ut per te poteris videre. erit ergo optimum, ut cum tales licentia conceduntur, quod dixi exprimat, & ita licentia limitetur: vel exprimat, quod tali casu res sic extracta, reincadat in maioria, & pater extrahens pro dote filia dotem soluat de superuenientibus diuitijs. ¶ Et si de consensu alienantis ex facultate Regia, & emptoris dissoluitur alienatio, videtur quod res redeat in maioria, ut in lege.

6. quæsti.

voluntate. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. & vide quod habetur in. l. si  
 cut. §. si voluntate. eo. titu. & c. si. 33. q. 2. & gl. in. c. nuptiarum. in parte  
 7. quæst. 1. Ex quibus decides qd si res sit extracta à maioria  
 ex facultate regia. & de ea sit factus alius maioricatus, an si res redeat  
 ad priorem dominum possit iterum ex ea concedere maioriã in qua  
 quæstione vñ dicendum, quod res sit rehabilita non reincidat in maio-  
 riam, vt probatur in. l. si ita legatum. §. si domus. ff. de lega. 1. & probat-  
 ur etiam in. d. §. si voluntate: vnde ad faciendum de ea nouam maio-  
 riam in præiudicium filiorum opuserit noua facultate, & adde quæ di-  
 xi supra parum post principium huius glo. ¶ Aduerte etiam, quod qui  
 ludit rem maioriẽ perinde est ac si rem alienasset vnde incideret in pœ-  
 nam alienantis. glo. not. in. l. 3. §. miles. ff. de re mili. ¶ Et quid si ludere t  
 super re maioriẽ in tanta quantitate quod non esset spes luitionis? vide  
 l. qui habebat. ff. de lega. 3. & Bal. in. §. aut si libelario quibus mod. feu.  
 amit. Item aduerte quod si quis habuit à principe licentiam vendendi  
 rem maioratus & morte præuentus non fecit, nõ poterit successor eius  
 in maioriã vendere ex tali facultate, vt tradit notãter Bal. in. §. Mar-  
 chio. colu. 1. vers. pone concessum est priuilegium, de his qui feudum  
 dare poss. Item & aduerte, quod si ille qui habuit licentiam vendendi  
 rem aliquam maioriã emat talem rem per interpositam personam, vt  
 forte alteri filio relinquat, quod non obstante tali licentia, & tali alie-  
 natione vocatus ad maioriã poterit talem rem petere. argu. l. si is qui  
 bonis. ff. de acqui. hære. adde Bal. in. l. ordo. col. 2. vers. quare data est  
 potestas. C. de execu. rei iudi. ¶ An autem pretium quod habetur ex  
 re quæ permittitur vendi ex maioratu sit maioriã, vt conuertatur in  
 emptionem alicuius rei immobilis, & si in facultate ad vendendũ hoc  
 non exprimat? videtur, quod sic ex his quæ not. Bal. in. c. s. de feud.  
 non habente propr. naturam feudi. vers. quare nunquid pretium. ex  
 quo in casu isto pretium habetur ex causa lucratiua. ¶ Sed qui si pos-  
 sessor maioriã iurauit, quom non alienauit res maioriã qui tamen po-  
 stea impetrauit licentiam à rege quod possit alienare tacens de iura-  
 mento præstito, an poterit tunc alienare? videbatur, quod sic ex dicto  
 Bald. in cap. 1. in prin. colum. 4. de his qui feud. dare possunt. vers. &  
 circa hoc quare si prælatus iurauit. referens loa. And. in. c. vt super de  
 rebus ecclesiæ non alienam. dicentem qd si prælatus iurauit non aliena-  
 re sine licentia Papæ, quod si impetrat licentiam à Papa tacito iuramẽ-  
 to, quod potest alienare, neque fit transgressio iuramenti. Videtur tam-  
 en in hoc dicendum, quod si istud iuramẽtum, præstat futuris suc-  
 cessoribus, vel ad eorum fauorem, & conseruationem rerum maioriã,  
 quod tunc non valebit alienatio etiam si impetret licentiam tacito iu-  
 ramento. quod & est de mente Ioan. And. in. d. c. vt super. dum di-  
 cit, quod si iurasset nõ alienare sine licentia Metropolitanis, quod tunc  
 si impetraret à Papa talem licentiam tacito iuramento non teneret li-  
 centia neque posset fieri alienatio. ¶ Aduerte etiam, quod vigore talis  
 facultatis regie non debent vendi neque pro dote obligari res pretio-  
 siores seu res magnæ maioriã: si de vilioribus potest satisfieri, quia ver-  
 sari debet in hoc arbitrium boni viri. l. magis puto. §. ne pãssim. ff. de  
 reb. eor. & ibi Bal. notabiliter. Bart. in. l. alio. ff. de ali. & ciba. lega. ¶ Et  
 si data fuit licentia regia ad obligandum res maioriã pro dote videtur  
 & dari vt possint vendi. l. si pupillorum. §. 1. & ibi Bal. ff. de rebus eorũ.  
 Si tamen licentia daretur ad vendendum non pẽssent eius virtute res  
 maioriã obligari, vt in. d. l. si pupillorum. §. si prætor. quia à forma de-  
 creti non est recedendum. adde. l. fin. C. de præd. curial. lib. 10. & glof.  
 in. l. non debet. ff. de regu. iuris. ¶ Sed pone quod data fuit licentia al-  
 ternatiue ad vendendum vel ad obligandum res maioriã pro aliqua ne-  
 cessitate potest enim sic alternatiue dari, vt in dicto. §. si prætor. an tũc  
 si eligat obligare, possit postea vendere? & videtur, quod non per text.  
 in. l. cuius. ff. de curato. iur. io. quod fortẽ procederet si per viam obliga-  
 tionis satis esset necessitatis consultum non aliis. ¶ Quid autem si pos-  
 sessor maioriã legauit aliquam rem maioriã & postea impetrauit fa-  
 cultatem regiam ad extrahendum talem rem à maioria, an reconua-  
 lescit legatum? vide. l. seruum filij. in prin. ff. de lega. 1. & ibi Bartol. &  
 Paul. ¶ Quid autem si ille qui vult impugnare alienationem rei maio-  
 riã cum facultate regis factam sit clericus videtur, quod si tempore fa-  
 cultatis iam erat clericus, quod possit: quia si princeps de eo disposuit:  
 vt non possit contrauenire non potuit ex defectu potestatis: si verò  
 tantum generaliter prouidit, quod nullus contraueniat: ista verba ge-  
 neralia non referuntur ad impossibilia disponenti, & ad ea ad quæ sua  
 iurisdictione non extendit. vide Bal. in. l. fin. §. in computatione. in fi.  
 C. de iure delibe. & Barto. in. l. si quis sub conditione. ff. de conditioni-  
 bus institutionum. ¶ Sed pone, quod rex dedit licentiam alienan-  
 di aliquam rem maioriã, an ille ad quem pertinet post mortem alie-  
 nantis poterit impedire traditionem possessionis offerendo pretium  
 rei, ad subleuandam necessitatem pro qua venditur? videtur dicen-  
 dum, quod sic: & facit bene quod notat Bald. in. §. denique. versiculo.  
 Item nota, quæ fuit prima causa benefi. amittedi. vbi & tractat de suc-  
 cessore, qualiter impediatur alienationem. Imò & videtur, quod nec dũ  
 proximus in gradu hoc posset verum etiam quilibet alius de familia

vocatorum facit. l. qui romę. §. cohæredes. ff. de verborum obligacioni-  
 bus. & text. singularis in ratione iur. in. l. virilis. ff. de lega. præf. §. si adie-  
 rit. & facit optime. l. peto. §. fratre. ff. de legatis secundo. Item & vide-  
 tur, quod tali casu locus sit retractui ex legis dispositione, quia res est  
 de genere seu auclengo. ¶ Quid autem si princeps dedit licentiam alie-  
 nandi ex maioria pro dote nũr: & tamen pater nõ dotauit filiam: sed  
 in suos vltus expendit: an poterit successor maioriã petere res aliena-  
 tas? videtur, quod sic ex dicto Barr. per textum ibi in. l. is qui. §. ei qui.  
 ff. de lega. præf. vide tamen quæ dixi in. l. 24. titu. 13. partita quinta. ad-  
 de etiam si operatum iudicio. ff. de oper. liber. iuncta. glo. ibi in verbo  
 danda. vers. sed quare in certa. vnde idem esset si venditor pretium  
 non cõsumpsit vnde pecunia illa conuerteretur in vtilitatem maioria.  
 Item si alienatio fuit nulla seu non teneat res debet manere penes ma-  
 iorem filium, & non penes omnes hæredes. l. sicut. ff. de operis liber.  
 ¶ Sed quid si ille, qui ex facultate poterat extrahere à maioria rem ali-  
 quam pro dote filie, vel alias leget filie talem rem, cum onere si ipsa  
 deberet filio suo, qui succedebat in maioria talem rem, vel tantã quan-  
 titatem: & erat talis maioria, in qua non succedebat femina stantibus  
 masculis: contingit quod moritur pater, item & filius masculus & suc-  
 cedit quidam masculus transfuersalis, cui filia recusat dare rem vel quã-  
 titatem à patre iniunctam, dicens quod ipsa est hæres fratris: & sic ad  
 impletum est onus iunctum, an teneatur adhuc soluere transfuersali  
 succedenti in maioria, quoad soluere debebat fratri? dic quod sic per  
 tex. notat in. l. is qui. §. si. ff. de lega. præf. ¶ Item pone quod quis im-  
 petrauit à rege, vt possit extrahere à maioria talem rem pro secundo  
 filio, qui filius ante acceptationem mortuus est, an reuertetur talis res  
 ad maioriã? & videtur quod sic. per text. in. l. proponatur. ff. de ca-  
 stren. pecu. & l. filius familias. & l. hæreditatem. §. pater cũ sequen. eo.  
 titu. & confert ad hoc, quod si res concessit quod posset vendere rem  
 maioriã Titio non videtur concedere, quod vendat Seio, secundum  
 Andr. de ser. de prohib. feudi aliena. per Freder. c. Imperialem. 1. res. 6.  
 fo. l. cum seruo. 1. responso. ff. de cõtrahenda emptione. Lucas de Pen.  
 in. l. si qñ. in fi. C. de bonis vacanti. lib. 10. ¶ Sed pone, qd possessor ma-  
 ioriã habuit licentiã à principe alienandi aliquam rẽ ex maioria, qui in  
 vita non alienauit, sed commisit filio successorĩ vt id faciat, an possit  
 videtur qd nõ per tex. in. l. cerdonẽ. ff. de ope. liber. in contrariũ tamen  
 fortiter facit. l. sicut. §. si debitori. ff. quibus mod. pig. vel hypo. sol. vbi  
 qui consentit debitori videtur consentire hæredi eius pro resolutione  
 videas Bar. in. l. si marito. §. si voluntate. ff. solu. medi. vbi distinguit inter  
 consentientem ex voluntate, & consentientem ex necessitate, & ego  
 adderem in consentiente ex necessitate, an daret necessitas in hærede  
 vel non. quid enim si necessitas dotandi fororẽ adhuc duraret pro qua  
 princeps alienationem permisit? certe tunc cum daret necessitas dura-  
 bit, & licentia ex mente Bartol. in dict. §. si voluntate. ¶ Sed quid si te-  
 stator qui condidit maioriã concessit licentiam vendendi, donan-  
 di, & permutandi, prout vellet rem maioriã an possit tempore mortis  
 legare, & tranliuit inultum tempus, qd nunquam disposuit post licen-  
 tiam? fortẽ potest argui qd non. arg. l. viuus. ff. si quis in fraude patris. li-  
 cet non multum faciat. Tu cogita in hoc. ¶ Aduerte etiã, qd ista licen-  
 tiã quæ dantur à principe ad alienandas res maioriã intelligi debent  
 dũmodo alienet bona fide, & sine fraude maioriã ex notatis per Bart.  
 in. l. alio. ff. de ali. & ciba. le. a. bonus ex. in. l. 1. §. pe. & l. si libertus. ff. si  
 quid in frau. patro. ¶ Quid aut si habebat licentiam vendendi rem ex  
 maioria, & sic generaliter: ille vero habebat duas maiorias. vnã ex  
 parte patris, aliam ex parte matris, vendidit rem ex maioria matris: à  
 quam si esset maioria patris an tenebit venditio? & videtur quod sic.  
 vt notat glof. & ibi Barto. & Platea in. l. 1. C. ne si feus rem quam ven-  
 di. euin. lib. 10. contrariũ tamen esset, si licentia fuerat specialis ad rem  
 ex maioria matris, si vendidisset rem ex maioria patris, vt vult ibi Pla-  
 tea in eo quod dicit de re quæ erat alterius ecclesiæ, cuius rector non  
 consensit. & adde Bald. in. d. l. 1. & in. c. 1. de his qui feu. dare pos. colu. 1.  
 vers. sed nunquid superior. ¶ Quid si inior. 25. annis impetrauit licen-  
 tiam regiam ad vendendam rem maioriã, vendidit & tradidit, & post  
 ea in integrum restitutus est aduersus venditionem. & rehabuit rem,  
 an reincidat in maioriã? dic, quod sic. l. secunda. §. interdum. & ibi  
 Barto. ad finem. ff. de vulga. & pupil. l. prima. §. si quis adita. ff. ad Ter-  
 tullianum. ¶ Sed pone, quod minor possidẽs maioriã impetrauit à  
 principe facultatem alienandi aliquam rem, ex ea non factã mentio-  
 ne ætatis: an tenebit alienatio? & videtur dicendum, quod si alienatio  
 erat ex causa necessaria, & seruata fuerit solennitas requisita in vendi-  
 tione rerum minorum, quod tenebit alienatio. quia & si expressisset  
 ætatem adhuc princeps dedisset licentiam, ex quo causa erat necessa-  
 ria. Si verò alienatio fuit ex causa voluntaria, non tenebit alienatio, ex  
 quo princeps minori in tali casu facultatem non dedisset, seu non ita  
 de facili. c. postulasti. & c. super literis. de rescript.  
 ¶ Sed pone qd minor sine facultate vendidit, & sine solẽnitatibus postea  
 factã mẽtione ætatis, & maioriã impetrauit à principe confirmationẽ  
 venditionis? videt qd sufficiat: quia autoritas principis supplet omnem

7. quæst.

8. quæst.

9. quæst.

10. quæst.

11. quæst.

12. quæst.

13. quæst.

14. quæst.

15. quæst.

16. quæst.

17. quæst.

18. quæst.

19. quæst.

20. quæst.

21. quæst.

22. quæst.

23. quæst.

solennitatem requisitam in alienatione. tex. & ibi Ioan. de Plat. in l. si qui h. hereditatis. C. de venden. reb. civi. libr. ii. Itē & in ista materia, vide quod dixi in l. 10. tit. 26. partita. 4. in glo. magna. in versic. sed an preium. ¶ Sed pone pater habebat facultatem faciendi maioriam nouam, & tollendi & mutandi antiquam, qui fecit nouā maiorian: in filium, cui ve-

niebat antiq̄  
maioria, po-  
neus in noua  
aliqua bona  
antiqua ma-

herederos: que de la māda q̄ desta gui-  
sa fueffe fecha: nō puede el heredero sa-

maioria omittens alia de quibus non fecit mentionem: posuit tamen in noua maioriam alia bona propria & quivalentia his, quae omisit ex anti qua maioriam, an videatur ex hoc vigore facultatis extraxisse bona, quae sic omisit ex antiqua maioriam: vt illa diuidantur inter h. heredes? & vide tur quod per hoc videatur extraxisse. argumen. l. maritus. C. de procu rato. cum concordan. de quibus ibi in glo. ff. & quia non est verisimile disponentem grauare voluisse h. heredes duplici onere. l. Titia. cum tes tamento. §. qui inuita filia. ff. de lega. 2. & gloss. ibi in verbo, non est ve risimile. quae ponderat verba text. quod non est intentio multiplican da dotis, quando ob dotem relinquitur, cū ergo hic nomine maioriam relinquit, non videtur velle facere duas maiorias. & facit tex. in ratiōe sui in l. licet. ff. de lega. 1. & l. cum alimēta. §. si. ff. de ali. & ciba lega. in contrarium tamen facit tex. in l. Aurelius. §. testator. ff. de libe. lega. v. bi non videtur recessum in codicillis à dispositione testamenti, quan do non ponuntur in codicillis verba restrictiua: sed dic: quod ideo id ibi statuitur: quia fuit positum verbum hoc amplius: vnde fuerūt ne cessaria verba restrictiua: cōfert etiā ad hoc quod cū p. r. cesserit licen tia p. r. cederenti. l. quaedam mulier. ff. de rei vendi. & quod notat Bald. in c. vnico. quid iuris sit si post alie. vasa. feu. recu. ibi. 2. not. in vers. pro fecto. ¶ Item pone quod rex concessit patri facultatem permutandi aliquam rem maioriam, an si pater nō fuit vsus facultate, transeat ad fi lium? & vide. ur q. non per tex. in l. apud Iulianū. §. si quis alicui. ff. d. leg. 1. & l. 27. tit. 9. part. 6. & v. de hoc bonus tex. in l. sicut. §. si. ff. quib. mo. pignus vel hypo. sol. quod limita & intellige, nisi talis facultas fuerit concessa propter vtilitatem maioriam: vt notat Bald. in §. marchio. ver. pone concessum est per priuilegium. de his qui feud. dare pos. Aduer te etiā q. quādo licentia datur ad vendendum bona aliqua maioriam: ita vt alia loco illorum surrogentur bona taliter surrogata sequuntur na turā, & qualitates primorū, vide bonum text. in l. generali. §. h. heredes. ff. de vsu. u. lega. & ibi Bar. ¶ Quid autem si alicui est data facultas alie nandi rem aliquā maioriam, an si vendat post annum incidat in p. nā, ac si vendi disset sine facultate? Ioan. Faber videtur velle q. sic. in l. fin. C. de iure emphi. allegans Spec. tit. de locato. vers. 98. & l. sicut. §. si vo luntate. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. ex quo doct. de Pala. Rube. in quibusdam suis recollectis inferebat ad facultatem regiam ad faciē dum maioriam, q. expiret per annū: & nihil aliud allegat nisi p. r. dicta: facit tamen ad hoc. c. plerunq. & c. si autem. de rescript. & l. 35. titu. 18. parita. 3. & licet loquantur in rescriptis ad lites ex ratione, videtur q. possunt ad istas facultates ad maioriam extendi: cum vtraq; rescripta videantur odiosa: sed in vtroque dicto, videtur tenendum esse contra rium: imō q. talia rescripta durēt saltem per decem annos, iuxta l. vni cam. ff. de nudi. & l. 42. titu. 18. §. partita. neque obstat dictum Specu. & Ioan. Fabri. quia contrarium videtur verius. & Ioan. Andr. in addi. ibi tenet contrarium, quando non esset certus terminus p. r. fixus. & d. c. plerūque nō obstat, quia & ibi rescriptum valeret post annum, nō impetrato secundo ab aduersa parte. glo. & doct. ibi. ¶ Sed an sit cau sa iusta concedendi facultatem ad alienationem bonorum maioriam, quando res maioriam sunt in partibus remotis à domicilio possessoris maioriam? & videtur q. sic per tex. in authentico. de ecclesiasti. titu. ver si. si autem annale legatum. colla. 9. & voluit Bal. in l. voluntas. C. de fi deicom. in lectura antiqua refert lason in l. filius familias. §. diui. in re pe. nume. 8. de lega. 1. vbi hoc limitat. ¶ Quid autem si quis haberet maioriam cum licentia principis factam, & cum tali vinculo & condi tione, quod & si possessor talis maioriam committeret crimen etiam læ s. maiestatis, bona maioriam non confiscarentur, & maioriam transeat in sequentem vocatum, qui postea ex facultate regia extraxit aliqua ex bonis maioriam: & eadem facultate fecit de talibus bonis aliam ma ioriam in aliū, & alios, qui nō vocabantur per maioriam antiquam sub ali quibus pactis & cōditionibus: & signanter inter cetera: quod si posses sor talis noua maioriam cōmitteret crimen læs. maiestatis, bona talis maioriam perderet: neq; vltius in tali casu disposuit in quē transirent. modo verò aliquis qui possidebat talē nouā maioriam, commisit crimē læs. maiestatis: & sic perdit illa bona, an confiscabuntur regi, vel redi re debeant in primā maioriam, dubiū est notabile. & v. q. non confiscen tur: sed redeant ad primā maioriam, per id quod in fortioribus termi nis notat Bald. in c. studuisti. de offi. lega. vers. pone papa. vbi ponit

quæstionē in hæc verba. Pone papa concessit mihi quoddā castrū sub quibusdā cōditionibus, quibus nō seruatis castrū debet reuertī ad pa pā: deinde cōcessit mihi ciuitatem sub qua est illud castrū, cum omni bus castris suis: deinde ego feci contra dictas cōditiones: papa dicit ca strum ad se reuertum: ego dico ad me pertinere, tanquam partem ci uuitatis distri-

car falcidia. Ezzo misimo seria, quādo el  
testador mandasse a su fijo algo por ra-

uitatis distri-  
ctualē, seu sub  
iacentem. ff. de  
iudi. l. insula.  
quæritur quid  
iuris. respon-

deo, q. perdidit vno capite speciali, recupero ex generali: quia papa me loco sui posuit quo ad ciuitatē, & districtū: vnde acquirō per vniuersi tatē, quod perdo inspecta specie. arg. ff. de acquir. rerū do. l. quædam. & ff. de ser. vr. prædio. l. si domus. cu. ali. s. neq; obstat, q. species dero gat generi: quia verum est, quādo genus venit ampliatiue, vt not. in l. quælitū. §. pe. ff. de fundo. instru. modo quæro qd in diuersis personis si castrū erat cōcessum Titio: nūc ciuitas cum suo districtu conceditur Seio: & v. dicēdū q. extincto Titio ex sua cōcessione acquiratur Seio ex suo capite generali. vt. ff. cōia prædio. l. in venditione, & ff. de iure dot. l. si proprietati. dicit. l. q. si a specie prius est inchoādum postea ve niendum ad genus. C. de piguo. l. 2. quæ non est alibi. in cōtrariū v. nā lege cauetur, q. si capitaneus concessit alicui vnū mansum in feudum: deinde vendit curiā illud mansum nō venit in cōcessione generali, tā quā exceptū à curia per specialē prouidentiam. vt in. c. quidam capita neus. de capi. qui cur. ven. Solutio. illud ideo: quia noīe curiæ non cōti nētur feuda: sed noīe ciuitatis, bene continerentur castra saluo iure al terius: cū aut illud ius deficit cōsolidatur vniuersitati suæ: & idem for tē est in feudis per. d. l. si proprietati. Sic videbatur dicēdū in p. r. dicta quæstione, q. cū ius secundæ maioriam deficiat cōsolidatur primæ ma ioriam vniuersali. p. r. terea ita rex voluit, q. ista bona extraherentur à primā maioriam: vt remaneret in secūda, qua cessante nō v. q. aliquid voluit agere cōtra primā maioriam, & rebustic stantibus. l. stante secun da maioriam, v. dispensasse cōtra primam non illa cessante. l. quod ser uius. ff. de condi. ob. caus. & quæ tradit latē Socinus. 3. volu. confi. 58. & Alex. cōfi. 72. col. fi. 3. vol. facit etiā quod habetur in l. sicut. §. illud vi deamus. ff. quibus mod. pignus vel hypotheca soluitur. & l. etiā. cū. l. iubemus. C. ad Velleia. & facit optime lex proponebat. & lex filius fa milias. & l. h. hereditate. §. pater cū sequenti. ff. de castrenf. peculio. In cōtrariū tñ facit: quia iam ista bona desierunt esse primæ maioriam ex facultate regia, & trāsierunt in aliā personā, vnde iā non sunt reliquæ primæ maioriam. l. pater filiū. §. quindecim. ff. de lega. 3. & in simili ha bemus in fundo qui semel exiuit de familia, q. definit esse patrimonial is mutatione personæ. arg. l. gerit. in fi. ff. de acquir. h. heredi. & re facta amissibili ex crimine læs. maiestatis: semper erit amissibilis, vt aliās in in re facta alienabili: semper erit alienabilis. vt in. d. §. quindecim. & fa cit etiā quod habetur in l. si quis ædes. ff. de seruit. vr. p. r. di. Item me dii successores immutāt rei qualitatē. l. Paulus. §. si. ff. de acqui. hæz. l. licitatio. §. mercatores. ff. de public. l. si auaia. C. de dona. l. 1. C. de im po. lucratiua. descript. l. 10. Bal. de eo qui sibi vel h. hered. suis. in prin. Ad de bonū & singularē casum in l. si ita legatum. §. si domus. ff. de legat. 1. ibi, at si ea domo destructa. & c. & quod ibi Pau. de Castr. not. in fine. ¶ Per quē tex. etiā inferes ad quæstionē, q. si pater habens maioriam an tiquā impetrauit à principe licentiam extrahendi ab ea aliqua bona, & cōstitueri ex eis maioriam aliā in filiū secundū: & ita fecit, q. mortuo secūdo filio in vita patris, non reuertitur bona illa in primā maioriam: etiā si cōstaret de volūtate patris, q. reuenterentur, quia cum tali noua volūtate vt reuenteretur debebat etiā cōcurrere licentia regis necessa ria. facit. l. quæ dā. ff. de iure codicil. si tñ esset casus, in quo facultas re gis in hoc non esset necessaria sufficeret voluntas patris, per tex. in. §. si domus. in fi. Et istā partē crederē de iure veriore, nisi ex coniecturis aliquibus alijs constaret principē voluisse deficientē secundā maioriam, q. bona redirent ad primā, vt si cautū fuit: q. decedētibus vocatis in se cūda: bona redirēt ad primam, vel aliās de tali volūtate constaret, & in facultate regia non exprimerentur, q. bc na ex crimine læs. maiestatis confiscarētur: quia tñ in certis nō esset opus cōiecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obli. Tu quando casus occurrerit latius considera, quia quæll. est notabilis. ¶ Pone etiā, q. contra tenorem maioriam vo-

29 quæst.

30 quæst.

a ¶ Et a sus herederos. Hoc dicit ne alias p. r. prohibitionis aliena-  
tionis, dicatur nudum, vt in. l. 44. titu. 5. & ibi dixi. 5. partita. & facit hæc lex



hæc lex ad quæstionem maioricatus simpliciter facti quia cum secundum consuetudinem Hispaniæ intelligatur ut veniat de filio maiori in maiorem prohibitio facta de non alienando non dicitur nudum præceptum. probat etiam ista. l. quod si maioria fiat in descendentes & prohibitio alienationis facta sit tantum primo vocato quæ extendatur ta

